871
P5-Yste

LIBRARY
UNIVERSITY OF ILLINOIS
URBANA
CLASSICS

DE INTERPOLATIONIBVS PLAVTINIS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE
FRIDERICA GVILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

IOANNES STEINTHAL
CHARLOTTENBVRGENSIS.

DIES PROMOTIONIS: D. IV. M. FEBR. A. MCMXVIII.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulerunt:

Eduardus Norden Dr. Prof. publ. ord.

Hermannus Diels Dr. Prof. publ. ord.

GOTTINGAE APVD DIETERICHIVM MCMXVIII.

871
P5. Yste
Classics
LIBRARY
UNIVERSITY OF ILLINOIS
URBANA
CLASSICS

Eduardo Norden,

praeceptori benignissimo,

sacrum.

unacc

Praefatio.

Quamvis egregie de interpolationibus Plautinis, si quidem singulas respicias, a viris doctis disputatum sit[1]), tamen desideravi opusculum, quo argumenta e sermone petita breviter colligerentur. Itaque mihi proposui hanc partem relictam explere; cum autem huius modi quaestiones sine Thesauri linguae Latinae adiumento satis promoveri non posse a Nordeno monitus essem, eo auctore a. 1916 mense Sext. Monachiam profectus sum, ubi eximia eorum, qui Thesauro praesunt, benignitate adiuto schedis ibi asservatis plus tres menses libere uti mihi licebat. Qua licentia sic usus sum, ut indicia, quibus sermonem versuum a viris doctis interioribus de causis (quas plerumque non repetivi) in suspicionem vocatorum Plautinum non esse comprobaretur, colligere studerem[2]). Quod quam difficile sit, ipse non ignoro: cum enim etiam versibus vere Plautinis haud pauca intersint et vocabula et formae et structurae, quae praeter unum locum a Plauto nusquam alibi usurpantur, iis, qui locos suspectos adeunt, saepe concedendum videtur facile fieri potuisse, ut memoriae exiguitas potius quam retractatoris sermo accusandus sit. Neque negari potest nonnulla, quae ad tempus excogitata esse apparet, Plauti

---

1) v. Cornelia Coulter, retractatio (Bryn Mawr College Monographs vol. X 1911) p. 115.

2) De iis versibus, qui mihi haud iure in suspicionem vocati esse videntur, si fieri poterit, alio loco agam.

ingenio atque sollertiae non minus bene quam retractatoris temeritati tribui posse. Nec non ubi a vocabulis detritis voces rariores derivantur, plerumque certum iudicium proferre temerarium est: velut quod Au. 595 *scirpea* (legitur inde a Nov., Varr. etc.) reperitur, nullius momenti ad arguendam interpolationem videtur: apparet enim etiam ab ipso Plauto, quandocumque ei adiectivo opus erat, *scirpeus* a scirpus derivari potuisse. Quamvis autem verear, ne ex argumentis allatis (quorum plurima hoc opusculo non primum afferuntur) alia aliis non satis firma videantur[1]), tamen, si summam, non singula respexeris, interpolationum indolem tabulis adnexis recte circumscribi confido. Plerumque etiam terminum p. q. constituere conatus sum: sed in hac re cautissime agendum videtur: memoriae enim exiguitati tribuo, quod tot vocabula et structurae praeter locum pseudo-Plautinum ap. rhet. Her. Varr. Cic., non ap. Enn. Catonem Pacuvium primum inveniuntur. Itaque interpolationes antiquiores a recentioribus seiungere conatus non sum: novicias inter eas, quas ego pertractavi, interessse nego: immo omnes ab actorum manu videntur profectae esse. Pauca autem, quae post locum pseudo-Plautinum exeunte demum antiquitate inveniuntur (cf. e. g. p. 45 sq. ad Sti. 51), sermoni vulgari tribuenda sunt. — Omnia autem quae excogitari possunt argumenta conferre non affectavi: immo potius spero fore, ut doctiores exsistant, qui opusculum meum et corrigant et suppleant quique et singula verba suspecta structurasque et vocabula cognata similesque structuras per universam Latinitatem pervestigent.

Atque ceteras quidem interpolationes deinceps pertractavi; exemi autem versus subditicios in Stichi actu

1) Imprimis vocabulis raris, quae antiquissimis temporibus nondum extitisse demonstrari non potest, non multum effici consentaneum est. Neque iis, quae ap. Naev. extant, a Plauto non usurpantur, magna vis tribuenda videtur.

primo deprehensos: quibus proprium consecravi caput, quia hic de totius actus compositione agendum atque, quid Menandri, quid Plauti[1]), quid retractatoris esset, explorandum erat. Plurimum autem tempus, cum Monachiae essem, consumpsi et in colligendis locis, ubi adiectiva in *-ax* et adverbia in *-aciter* inveniuntur, et in commentario ad actus primi singulorum versuum sermonem conscribendo: tamen horum utrumque omisi, illud, quia proprio potius opusculo pertractandum videbatur (v. p. 71 adn. 2), hoc, quia omnia fere etiam per se facile intelleguntur. — Pauca appendici mandavi, inter quae gravissimam de patris iure abducendi quaestionem, quam tamen a iuris Romani perito denuo tractatam velim.

Virorum doctorum commentationes saepe consulto non laudavi, quia rem promovere quam spatium exiguum eorum sententiis sive comprobandis sive refutandis explere malui; mihi ipsi praeter ea, quae claris verbis mea esse significavi, nil vindico. — In eligendis autem versibus suspectis, ut in vv. Plautinis afferendis, plerumque Leonis editionem egregiam secutus sum.

Notis usus sum his: O_1, O_2, O_3 = ordo primus alter, tertius, exc. = excerpta. Thesauri enim schedae inde a littera *i* sic dispositae sunt, ut ordine primo contineantur scriptores antiquissimi usque ad Tib. Prop. Ov. (praeterea fragmenta poetarum, scaenicorum, oratorum, historicorum), altero Livius, tertio scriptores usque ad tempora Neroniana (Sen., Lucan., Persius, Petron. al.); scriptores inde a Plin. (n. h.), Valerio Flacco, Silio, Stat., Mart., Quint. usque ad Tertull. singuli singulis continentur ordinibus; sequuntur excerpta e scriptoribus Christianis,

1) Quae de vv. 68—74 disputavi, utrum primus statuerim necne, nescio; Langenus quidem (Plaut. St. 214 s.), nisi fallor, significat etiam alios olim in illis versibus offendisse; sed quisnam in iis offenderit et quomodo de iis iudicaverit, reperire non potui.

scholiastis, inscriptionibus. — Hoc signo = usus sum, ut significarem me non omnes scriptores adiisse, immo lexicis fretum iudicasse (inspexi autem plerumque O $_{1,2,3}$ et exc.); hoc signo °, ut significarem vocabulum in versu suspecto deprehensum, cui praemissum est, praeter locum allatum vel versus enumeratos apud Plautum nusquam extare. — *Asterisco vocabula non tradita, sed coniectura recuperata signavi. — Hoc signum ≡ personam mutatam indicat.

I. Pars prior, qua interpolationes Plautinae praeter Stichi actum primum perlustrantur.

Am. 1—96: Amphitruonis prologi partem priorem non renovatam esse, sed totam interpolatori deberi persuasum habeo. Utile autem erit initium capere a vv. 64—85 iam dudum in suspicionem vocatis: quos ubi spurios esse demonstravero, e reliquorum contextu solvi non posse ostendam atque argumenta e totius partis sermone petita addam. Sunt autem vv. 64—85 arte inter se cohaerentes abdicandi a Plauto propter hos duos versus (65 s.)

*ut *conquaestores *singula*[1]) *in subsellia*
eant per totam caveam[2]) *spectatoribus.*

Cum enim praepositio *in* addita sit, dubitari non potest quin *subsellia* hic a *gradibus* non differant: quos temporibus Plautinis nondum extitisse demonstrare conatus est Ritschelius (Parerga 212 ss.), extitisse pro certo affirmarunt Fabia (Rev. de ph. 1897, 11 ss.) et Bauerus (diss. Argent. 1902). Atque mihi quidem neque hi neque ille quaestionem ad finem videntur perduxisse: incertissima enim sunt testimonia e rerum scriptoribus petita (de quibus Fabia multo cautius egit quam Bauerus), quia subselliorum vocabulo et gradus publice ordinati et singula singulorum sedilia (quae servos domo apportasse conicere licet) recte significantur[3]). Sed ne ita quidem, si in testimonio gravissimo ad a. 154 pertinente (Val. Max. 2, 4, 2) subsellia a gradibus diversa non esse concedas, de Plautinis

---

1) —*a* D ante corr. —*i* BED² ex corr.

2) Docent haec verba *eant per totam caveam* scribendum esse *singula* (cf. Goetz-Schoell, ed. min. praef. VII).

3) 'Schemel' Varr. ling. 5, 28 *quod non plane erat sella, subsellium*; adminiculo enim olim instructum non erat. (v. Blümner, Kunstgew. II (1885) p. 32; Dar-S. IV 2, p. 1551).

quidem temporibus certi aliquid enucleaveris. Sunt autem verba Valerii haec: *quae* (scil. *theatra mansura*) *incohata quidem sunt a Messala et Cassio censoribus*; *ceterum auctore P. Scipione Nasica omnem apparatum operis eorum subiectum hastae venire placuit*; *atque etiam senatus consulto cautum est, ne quis in urbe propiusve passus mille subsellia posuisse sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum iuncta standi virilitas propria Romanae gentis nota esset.* Cuius consulti priore parte ludorum curatoribus interdici videtur, ne subsellia publice ordinata (gradus) apponant, altera spectatoribus, ne sedentes ludos spectent (Bauer). At sedentes? Ubinam consulti auctores spectatores sedere posse putabant, si gradus exstrui vetitum erat? Nonne igitur apparet patres timuisse, ne spectatores aut in terra[1]) aut in subselliis privatis considerent? Ergo, siquidem iure hoc timebant, nonne concludemus hanc sedendi rationem antea viguisse? — Contra de tempore, quo primum gradus exstructi sint, Valerius quidem nos nihil docet; at ne hos quidem etiam ante a. 154 defuisse colligendum erit fortasse ex Augustini verbis (civ. 1, 31): . . *persuasitque* (scil. *Scipio Nasica*) *oratione gravissima, ne Graecam luxuriam virilibus patriae moribus paterentur obrepere et ad virtutem labefactandam enervandamque Romanam peregrinae consentire nequitiae, tantumque auctoritate valuit, ut verbis eius commota senatoria providentia etiam subsellia, quibus ad horam congestis*[2]) *in ludorum spectaculo iam uti civitas coeperat, deinceps prohiberet apponi.*

Cognovimus igitur ante a. 154 duas olim spectatoribus fuisse sedendi rationes: vetustiorem, qua aut in terra aut in subselliis privatis, recentiorem, qua in gradibus ad horam congestis sedebant. Abolitum autem esse postea edictum a. 154 docent nos Liv. periocha 48 (*populusque aliquamdiu stans ludos spectavit*) et Tac. ann. 14, 20 *quippe erant, qui Cn. quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri*

---

1) Cf. Verg. Aen. 5, 286 ss. *hoc pius Aeneas misso certamine tendit | gramineum in campum, quem collibus undique curvis | cingebant silvae, mediaque in valle theatri | circus erat; quo se multis cum milibus heros | consessu medium tulit extructoque resedit.* 340 *totum caveae consessum ingentis* 388 *proximus ut viridante toro consederat herbae* (Fabia 12; cf. infra p. 13).

2) *subsellia ad horam congesta* a Taciti *gradibus subitariis* non differre recte dixit Fabia 16 adn. 3.

sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus et scaena in tempus structa ludos edi solitos: vel si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse, ne, si consideret, theatro dies totos ignavia continuaret. Cuius loci interpretatio tota in uno vertitur verbo: *vetustiora* enim aut de temporibus edictum anni 154 sequentibus dictum est aut de temporibus, quae etiam Plautinis vetustiora fuisse statuendum erit (nam ipsis Plautinis spectatores sedisse ipsis docemur fabulis): hoc autem non tantum arbitrarium est conicere (nusquam enim traditur spectatores litteris nascentibus stantes ludos spectavisse), sed ne veri quidem simile: vetustissima enim potius quam vetustiora appellanda erant. Contra tempora edictum anni 154 sequentia significari ultro se offert, si verba *ne . . theatro dies totos ignavia continuaret* respexeris (Bauer). Fortasse igitur ex allatis rerum scriptorum testimoniis[1]) haec expiscari licet[2]):

I ante a. 154:
1) spectatores sedebant in terra aut in subselliis privatis;
2) sedebant in gradibus subitariis;

II anno 154: mansuri theatri gradus sub hasta veneunt;
III aliquot a. inde ab a. 154: populus stans ludos spectat;
IV aliquanto post a. 154: iterum gradibus subitariis utuntur;
V a. 55: Pompeius theatrum mansurum exstruit.

Sed quanam sedendi ratione spectatores temporibus Plautinis usi sint, in incerto relinquendum: nescimus enim, quo tempore primum gradus subitarii exstructi sint[3]). Itaque ipsas

1) De testimoniis ad a. 194 allatis caute egit Fabia 19: nil certi inde colligere licet nisi patribus tum propria ante ceteri populi consessum loca data esse (Cic. har. 12, 24; Liv. 34, 44, 5; 34, 54, 4. Val. Max. 2, 4, 3). Semel tantummodo subselliorum fit mentio: Cic. ap. Asc. p. 55, 15 Stangl *tum primum a populari consessu senatoria subsellia separari.* Monendum autem est Ciceronem hoc loco sincere locutum non esse (v. Asc.); at finge constare de subselliis patrum: qua re impedimur, quominus coniciamus aut solis patribus etiam ante a. 194 permissum fuisse, ut in subselliis privatis sederent, a. 194 proprium ad apponenda sedilia datum esse locum, aut et senatum et ceterum populum in subselliis privatis sedisse et ante et post a. 194?

2) Cf. Dziatzko-Hauler, Phormio[4] p. 34 s.

3) An anno 179 a. C.? cf. Liv. 40, 51, 3; Bauer p. 21; 38.

adeamus fabulas Plautinas, quarum testimoniis certis diligenter perpendendis aliquid nos profecturos esse spero.

Atque imprimis monendum est gradus praeter Amphitruonis prologum semel tantum significari: in Poenuli prologi parte priore, quam spuriam esse etiam aliis de causis constat: 19 s. *neu dissignator praeter os obambulet neu sessum ducat, dum histrio in scaena siet* (cf. Ritschl 219 ss.).

At vereor, ne sint, qui consensum illum casui tribuendum esse censeant. Sed vel certissimo argumento demonstrari potest caveam temporibus quae erant Plautinis posteriora aliqui commutatam esse: Plauti enim aetate spectatores cuncti sedebant, quique sero aderant neque sedendi locum reperire poterant, abscedere debebant, quia tota cavea sedentium turba referta nullus stantibus locus relinquebatur: Capt. 10 ss.

*(patri huius[ce] ⟨captivi⟩) iam hoc tenetis? * optume est.*
*negát hercle *illic*[1]) *ultimus. *abscedito.*[2])
si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules,
quando histrionem cogis mendicarier.
ego me tua causa, ne erres, non rupturus sum.
vos qui potestis ope vestra censerier,
accipite relicuom: alieno uti nil moror.

11 'Wahrhaftig, der Kerl da ganz hinten schüttelt den Kopf. Geh doch weg! Wenn du zum Sitzen keinen Platz mehr findest, so hast du doch welchen zum Spazierengehen, wenn du den Schauspieler zwingen willst, sich zum Bettler zu schreien. Ich werde mir deinetwegen, damit du dir nichts Falsches einbildest, nicht die Lunge zerreißen. 15 Ihr andern, die ihr (steuerbar seid und nicht so mittellos wie jener, sondern) einen festen Sitz euer eigen nennt[3]), empfangt den Rest (des argumentum): ich will keine Schulden haben'. Rostii coniectura *abscedito* quin vera sit, propter v. 15 s. dubitari non potest; cf. Mil. 81 s. Ubi autem *illic ultimus* apparuerit, hoc diiudicare philologi non est (fort. ad portam stat, circumspiciens, num alicubi locus liber sit, neque ullam introeundi in ipsam caveam reperit potestatem); immo satis habemus statuere fieri non potuisse, ut aliquis et staret et auscultaret: opponuntur enim non sedere et stare (ut Poe 21 s.), sed sedere et foras abire. Extat autem etiam alter locus huius consimillimus: Mi 79 ss.

---

1) *ille* codd. 2) *accedito* cc.
3) 'opibus censi = assidui' Brix-Niem.[6]; 'assiduos dicit' Leo.

mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas,
si ad auscultandum vostra erit benignitas;
qui autem auscultare nolet, exsurgat foras,
82 *ut sit ubi sedeat ille, qui auscultare volt.*
nunc qua adsedistis causa in festivo loco,
comoediai quam nos acturi sumus,
et argumentum et nomen vobis eloquar.

Apparet enim v. 82 non sic interpretandum esse: 'ut sit ubi sedeat ille, qui quidem nunc, dum adstare cogitur, auscultandi facultate non plane privatus est, verum sedens quam stans auscultare mavult'[1]), immo potius sic: 'qui cupit quidem auscultare, sed histrionum verba intellegere non potest, quia adhuc in caveam introire deficiente sedendi loco non potuit'.

Contra in Poenuli prologo condicionem plane diversam deprehendimus: ibi enim ii, qui sero adsunt, non abscedere, sed aequo animo stare iubentur: 21 s.

diu qui domi otiosi dormierunt, decet
animo aequo nunc stent, vel dormire temperent.

Ergo, si et gradus nisi in Amphitruonis et Poenuli prologis non significantur et standi facultas spectatoribus temporibus Plautinis data non erat, in Poenuli prologo certis verbis admittitur: nonne veri simillimum est una cum exstructione graduum stantibus spatium quoddam relictum esse? Quod si recte disputatum est, spectatores temporibus Plautinis aut in terra aut in subselliis privatis a servis apportatis sedebant (cf. Brix-Niem. ad Mi. [3] 82; supra p. 10 adn.), cavea autem in colle leniter acclivi exstructa erat (Ritschl 215).

Quando autem prologos illos duos conscriptos esse statuamus? Num aliquanto post a. 154? Minime; immo ante a. 154 eos confectos esse veri simillimum est neque habemus, cur a Casinae prologi amplificati aetate eos removeamus. Neque hoc neglegendum Am. 64 ss. sale carere, nisi tum lex de ambitu data erat (cf. Poe. 37 s. *ne palma detur quoiquam artifici iniuria neve ambitionis causa extrudantur foras*): commemorantur autem a Livio leges de ambitu ad annos 358 (7, 15, 12), 181 (40, 19, 11), 159 (epit. 47)[2]): nonne igitur conicere licet versus illos inter a. 159 et 154 factos esse? — Contra apud Plautum est illud *ambitio iam more sanctast, liberast a legibus* (Tri. 1033).

1) Cf. Poe. 23 *servi ne obsideant, liberis ut sit locus.*

2) Cf. Pauly-W. s. v. ambitus p. 1801.

Constat igitur Am. 64—85 propter graduum significationem Plautinos non esse. Si autem Plautini non sunt, quaerendum erit, utrum retractator quidam hos 22 versus contextui Plautino (quem quidem hic illic 'renovatum' esse Leoni concedas) inseruerit, an tota prologi pars prior (1—96)[1]) a Plauto abdicanda sit: illud Leoni, hoc cum aliis tum mihi probabile visum est. Fieri enim non potest, ut vv. 64—85 e contextu solvantur, immo vv. 1—96 ab unius poetae manu profectos esse apparet.

Initium autem capiamus a vv. 17—96: tria enim se explicaturum promittit Mercurius: 1) cuius iussu venerit, 2) cur venerit, 3) quod nomen sibi sit[2]). Quorum propositorum et primum et tertium statim exsequitur: Jovis iussu se venire, Mercurium vocari; verum alterum significat potius quam explanat: se missum esse a patre, ut spectatores oraret. Tum autem, intentis omnium animis, a proposito iterum iterumque deflectit neque prius quam vv. 65 ss, quidnam oraturus sit, exponit:

1) v. 93 deleri suo iure vetare mihi videtur Nordenus coll. vv. 41 ss.; cf. etiam vv. 50—59 et Poenuli prologum. Duobus enim exemplis comprobatur novum non esse *Jovem facere histrioniam*: 1) v. 91 s.; 2) v. 93. Neque Leoni asstipulor v. 14 delenti; cur enim non alterum de duobus repetiverit? Lucrum autem gravius videbatur.

2) v. 18 sq. *simulque ipse eloquar nomen meum . . nomen Mercurio est mihi* male addi post 11 sq. *nam vos quidem id iam scitis concessum et datum mi esse ab dis aliis, nuntiis praesim et lucro* nego. Fieri enim non potuit, quin deus ipse nomen suum proloqueretur (cf. e. g. Ru. 5 *nomen Arcturo est mihi*), cui nominis pronuntiationi in prioribus quidem versibus locus non erat. Imitantur enim vv. 1—16 uno comprehensi circuitu sollemnem precationum sermonem: cui si praemisisset poeta vel inseruisset tale quicquam *nequis miretur qui sim, paucis eloquar* (Au. 1): *nomen Mercurio est mihi* . . sollemnitatem plane perdidisset. Contra muneribus dei planissime circumscriptis vis initii etiam augetur; quod autem addit *vos quidem id iam scitis*, re vera quidem non ignorat spectatores tam bene eruditos non esse (cf. Sti. 274 *Mercurius Jovis qui nuntius perhibetur*), simulat autem se non dubitare, quin illi et ipsum et munera noverint, ut scil. animos ultro potentiam ipsius agnoscentium eo gravius permoveat.

20 *pater huc me misit ad vos oratum meus,*
65 *ut conquaestores singula in subsellia* (*eant*).

Progreditur autem oratio sic: primum, cur Iovem mortales leniter orare deceat iocosis exponit verbis modo deum modo actorem significantibus: humanis parentibus illum natum esse ideoque non minus quam quemvis mortalium malum reformidare (21—29); nec non se ipsum, ut qui filius sit illius, timore vexari: propterea leniter sese cum eis agere: et rem iustam se petiturum et iusta ratione et ab hominibus iustis, neque illos facere posse, quin obsequantur voluntati suae, quia et pater et ipse de re publica optime meruerint (30—40):

32 *propterea pace*[1]) *advenio et [pacem] ad vos affero:*
iustam rem et facilem esse oratam a vobis volo,
*nam *iusta*[2]) *ab iustis iustus sum orator datus.*
35 *nam iniusta ab iustis impetrari non decet,*
iusta autem ab iniustis petere insipientia est;
quippe illi iniqui ius ignorant neque tenent.
nunc iam huc animum omnes quae loquar advortite (cf. 95).
debetis velle quae velimus: meruimus
et ego et pater de vobis et re publica.

Postquam autem sic in patris merita delatus est, cur enumerandis illis supersedere possit, copiosis verbis exponit (41—49)[3]).

---

1) i. e. rixas evitare quam litigare vobiscum volo; v. 388 conferri posse negat Schwering, Proll. 26 s.

2) *iuste* codd.; dubitari non potest, quin Bothii coni. vera sit. Tamen de structura *iusta* . . *orator* agere nolui (cf. Landgraf, Archiv X 400): similiter enim est v. 106 *quantusque amator sit, quod complacitum est semel* (Leo cft. etiam 166 *ópulento homini hóc servitus dúra est.* Sed primum hac structura illam comprobari nego; deinde mihi ne de hoc quidem versu constare videtur: fort. enim dittogr. est ad 167 *hóc magis miser ést divitis sérvos.* Scil. substantiva verbalia in *-tio* conferri non possunt velut Ru. 502 *quid mihi scelesto tibi erat auscultatio*): haec altera autem prologi pars forsitan profecta sit a Plauti manu. (Constat v. 115 olim a versu 122 exceptum esse (cf. Schwering, Proleg. ad Amph. p. 21): sed quonam vv. 116—119 transponi possint, ego non video: interrumpunt enim contextum, et si 'post v. 92 ante v. 97' (Leo) leguntur, et si inter v. 103 et 104 (Schwering)).

3) Nordeno assentior, qui v. 45 mutari vetat: sententiam enim e v. 39 supplendam, *omnibus* dativum ethicum quem dici-

v. 50 ad propositum revertitur simulque dispositionem profert, quam ab ipso Plauto tam inepte inculcatam esse neminem crediturum esse spero:

50 *Nunc quam rem oratum huc veni primum proloquar,*
post argumentum huius eloquar — tragoediae[1]).

Sed frustra ad rem redire eum putaveras: abstinere enim non potest, quin occasione data usus *tragoediae* voce summa cum vi in fine versus contra opinionem posita audientium animos perturbet, deinde placet reconcilietque: merae quidem comoediae obstare deorum dignitatem; cum autem spectatores tragoediam respuant, e tragoedia fabulam *commixtam* ('tragicomoediam') sese facturum (53—63)[2]). Nunc demum, quidnam velit, patefacit:

64 *nunc hoc me orare a vobis iussit Iuppiter,*
ut conquaestores e. q. s.:

orare patrem, ut leges de ambitu datae haud aliter atque in magistratuum petitione adhibeantur (65—85). Postquam autem patris mandata exsecutus est, non statim transit ad argumentum enarrandum (cf. v. 50 s.), sed, cur Iuppiter histriones curet, quasi in appendice explicat: ipsum enim comoediam acturum, hoc autem non plane inauditum esse (85—95). Tum ad rem redit his verbis:

95 . . *núnc⟨iam⟩ ánimum advortite,*
dum huius argumentum eloquar comoediae (cf. 38).
97 *Haec urbs est Thebae* e. q. s.[3]).

Si autem vv. 17—96 ab unius poetae manu profecti sunt, huic etiam vv. 1—16 tribuere non dubitabimus: cf. v. 15 *aequi et iusti hic eritis omnes arbitri* et 34 ss. (cf. p. 14 adn. 2).

Cognovimus igitur vv. 1—96 ab uno poeta compositos

---

mus esse artificiose positum: 44 *quis bene factis meus pater deorum regnator architectus omnibus* scil. *meruerit.*

1) transitum sibi parat ad vv. Plautinos 97 ss.; cf. v. 95 sq.

2) Cf. Cap. 58 ss. *ne vereamini, quia bellum Aetolis esse dixi cum Aleis:* | *foris illic extra scaenam fient proelia.* | *nam hoc paene iniquomst, comico choragio* | *conari *désubito* (*desubitontos* [*desubito nos* B[2]] *agere* [*age* VE] codd.; versus pessime incisus) *agere *nos tragoediam.* | *proin si quis pugnam expectat, litis contrahat* . . *vereamini* iocose dictum (Brix-N.). — Cf. Suess, rh. m. 1910, 449.

3) deflectendi illam rationem ne a Plautinis quidem afuisse prologis docent Men. 5. 14, Mi. 79. 85. 98: sed in Amph. prol. omnem modum excedit poetae prolixa loquacitas.

esse, hunc autem propter graduum significationem (65 s.) Plautina aetate esse recentiorem.

Cui argumentationi indicia sermonis adiungam, quibus vv. 1—96 a Plauti manu profectos non esse comprobem.

Am. 6 °*auctare*: Catullus, Lucr., affert Sen. ep., Sacerd. gr. (Thes. 1194, 38 ss.)[1]).

11 s. *scitis concessum et datum mi esse . . nuntiis praesim et lucro*: 'concedo' cum coniunctivo nudo neque apud Plautum (Lodge 288 a) neque usquam alibi[2]) coniungitur praeter Pass. Perp. 18 *concessit tribunus . . . simpliciter inducerentur* (Thes. 17, 21). Neque *dare* apud Plautum sic struitur (aliter Sti. 757 *vos date bibat tibicini*; Lodge 418 a, 7; cf. Cu. 313) aut hoc sensu (i. q. *concedere*) ponitur.

13 *haec ut me voltis adprobare* °*adnitier*: (Lodge 130 a): forma tantum hic (Thes. 781, 22); vocab. legitur ap. Cic. (Lael. 88 post *adminiculum*: Thes. 781, 27; Att. 6, 8, 5: Thes. 781, 76), saepius inde a Sallustio. Am. 13 fort. verbo antecedente elicitum est. Cum inf. struitur inde a Liv.

29 *sibi si* °*praetimet*: antiquis temporibus (O 1—3) praeter Sen. ep. 98, 7 non extat; cum autem ab eccl. usurpetur (v. Georg.), vulgari sermoni tribuam.

31 °*contagione*: usu obtinuit inde a Catone et Ennio.

33 *iustam rem et facilem esse oratam a vobis volo*: *orare* i. q. *petere*[3]) cum acc. rei ap. Plaut. non struitur (nam Tri. 247 *iam amplius orat* antecedentis versus verbis *si amplius vis dari* elicitum est); at cf. Pl. fg. inc. XXXVIII *vinum precamur*; contra Ter. accusativum rei praebet: v. Langen Beitr. 320. Cf. Am. v. 34 *iusta . . orator* (cf. p. 15 adn. 2) et

---

1) *auctito* Tac., Arnob., Sacerd.

2) ceteris in exemplis a Thes. allatis coni. etiam per se intellegi potest neque pendet ex *concedere*.

3) *ius orare* sim. *omnibus* locis pro *ius dicere*, non pro *ius petere* accipiendum videtur.

50 *nunc quam rem oratum huc veni,* quem versum ab eodem auctore profectum esse apparet, neque inde excusatio petenda, quod *quam rem* a pronomine vix differat. — *orare a:* structura rarissima. Temporibus antiquis ($O_{1.2}$) haec tria extant exempla: Pac. tr. 122 *hoc abs te oro;* Cic. fam. 9, 13, 3 *peto igitur a te vel si pateris oro;* bell. Afr. 33, 2 *orare et petere* (cf. 77, 1) *ab eo;* e Kuehn.-Stegm. I 299 addo Gell. 17, 10, 7 *petivit oravitque a suis amicissimis.* Ergo Pacuvii aetate structura mutata est exemplo petendi verbi. Sed structura nova non duravit: consulto enim a scriptoribus addito petendi verbo fulcitur. Similiter *precor a* non invenitur ante Varr.: sed haec structura postea usu obtinuit. — Eadem structura idem poeta usus est v. 64 *nunc hoc me orare a vobis iussit Iuppiter.*

38 *nunc iam huc animum omnes quae loquar advortite* (cf. v. 95): quattuor vitia[1]): 1) nunc iam („jetzt schon") pro *nunciam* (trisyll.; cf. Mo. 399) vel potius pro *nunc* (cf. Cap. 329; Langen Beitr. 288), 2) *huc*[2]) pro *hoc* (Abraham), 3) *animum advertere* tam rudi modo a Plauto non divellitur: As. 732 *animum, Argyrippe, advorte sis* Ps. 481 *advórte ergo animum* Mer. 15 *advortendum ad animum* Mi. 39 *facéte advortis tuom animum ad animum meum* ('hoc solo loco illi *animum* accedit adiectivum' Lodge); cf. Ter. Ha. 656 Eu. 397 (v. Westerhovii indicem), Lucr. 2, 125 (Thes. 74, 36), 4) dicendum erat aut *hoc animum advortite* nullo sequente enuntiato relat. aut *animum advortite quae loquar.* Apparet eum, qui hunc versum finxit, lapsum esse in imitando sermone Plautino: itaque operae pretium visum non est de recentiorum scriptorum usu quaerere.

39 *debetis velle: debere* ap. Pl. praeter hunc locum semel cum inf. struitur: Pe. 160: 159 *Πόθεν órnamen-*

1) cf. Nordenus, rh. m. 1894, 204.

2) corruptum esse veri simile non est, quia ceteris 7 locis recte traditur.

ta? ≡ *Abs chorago sumito;* | *dare dēbet: praebenda aidiles locaverunt:* sed *praebenda* post *dare* ineptum videtur; ingeniose Leo coniecit *praebebit: praebenda a. l.* Inf. usu obtinuit inde a Catone (Thes. 93, 55. 98, 13), L. Crasso (Thes. 99, 39), Luc. (93, 55; 99, 41), Anton. (95, 45).
50 v. p. 38.
64 v. p. 39.
67 °*favitores*[1]*:* idem vocabulum repetitur 78 et 79. Usu obtinuit inde a Luc. (270. 902) et Varr. Sed iam Terentianum id fuisse ostenditur forma feminina *fautrix* (Hec. 48 Eu. 1052) (cf. ad Ps. 873 *servator*).

°*dēlegatos* cf. 83 *delegati:* Cato, Cic.
69 *sive quí ambissint palmam hístrionibus:* cf. 74 *quasi mágistratum sibi alterive ambiverit:* 'ambire aqd' i. q. 'ambiendo impetrare' Plautinum non videtur: in Thes. 1850, 46 post hos locos statim affertur Petr. 5 *artís severae siquis ambit effectus*[2]).
73 °*sirempse legem:* legitur inde a Catone (or. fg. 80) et Inscr. Corp. I² 582, 12 (Gracchorum temporibus); 583, 73 (a. 123 vel 122) etc.

Ut autem et dispositio et sermo poetam Plauto inelegantiorem arguunt, sic ne metrica quidem vitia desunt:

35 *iusta autem ab íniustis petere* | *insipientia est,* (cf. O. Brugmann, quem admodum etc. (1874) p. 47; Leo, Sat. Vers 25; cum autem *petere* encliticum non sit, velut Mi. 828 *procéde huc. périistí iam,* paucissima tantum exempla Plautina conferri possunt: Mi. 852 Pe. 456: Meyer, Wortakzent (1884) p. 55).

---

1) sic IDE; *fautores* B, Non.; atque sic pronuntiandum esse, veri simile est; cf. Luc. 270 faútorem ostendat (Thes. 389, 55). At Pl. Men. 226 *voluptas nullast* (A; *nullast v.* P) *navitis Messenio.*

2) absolute ponitur Am. 71. 78 Mi. 69 *orant ambiunt exobsecrant* Ter. An. 373 *nisi senis amicos ambis., oras* (Thes. 1849, 68) Luc. 1220 (1850, 29) Varr. (1849, 49. 48, 8. 47, 55) etc.

55 *comoedia ut sit ómnibus isdem versibus:*
ne ii quidem, qui synaloepham Leonianam agnoscunt, negabunt casui tribui non posse licentiam tam raram (Leo, Pl. F. 267; cf. 263) in tam paucis versibus inveniri.

74 *quasi*[1]) *mágistrātúm sibi alterive ambiverit* (Brugm. 45; Meyer, Wortakz. p. 58; Esch, de Pl. corr. e. q. s. (1907), p. 89).

90 . . *Ióvem facere histrioniam*
(cf. Jachmann, Glotta VII (1916), 41).

Denique Nordenus me docuit casui tribui non posse in tam paucis versibus hunc versum inelegantem inveniri *vidi Neptunum Virtūtém Victoriam* (42); cf. 490 *celetur* Au. 515 *sarcinatores petunt* 594 *incumbat* (in septen.) Poe. 7 *fecistis* 28 *infantis* 959 *monstratust.*

Am. 489s. *et ne in suspicione ponatur stupri*
et clandestina ut celetur[2])* °*consuetio*[3]):
'in suspicione ponere' Plautinum non est: at cf. Lucil. 550 *cetera contemnit et in usura omnia ponit non magna;* trag. inc. 204 *hoc métuere, alterum in metu non ponere;* Cic. Clu. 127 *omnes .. in culpa sunt ac suspicione ponendi.* cf. ad Sti. 53 *in patris potestate est situm* Corruptum videtur Pl. Ep. 517 *qui in tántis positus sum sententiis.* cf. Leo, He. 18 (1883), 582s.: 'v. 517 .. Gronovius rettulit ad populi scita sive senati consulta, quibus auctoris Periphanis nomen crebro fuerit praescriptum: quasi traditum legamus "qui tot praescriptus sum s."' Quam interpretationem veram esse non credo, meliorem dare nequeo. Fieri enim non potest, ut interpretemur: 'De quo tantae (tam honorificae) sententiae (opiniones) ferebantur', quia 'sententia', nisi certo usurpatur sensu ('Gutachten') velut Enn. sc. 394 *quí sui quaestus causa fictas suscitant sententias*', sic ponitur,

1) vitiosum est *quasí magistratum* acuere.

2) ad rhythmum cf. s. ad v. 42.

3) *suspicio* codd.; *consuetionem Pl. pro consuetudine dixit* Fest. 61.

ut, cuiusnam sit, clare appareat. — Distat Tri. 739 *ne ístaec pollicitatio te in crimen populo* (dat. 'eth.') *ponat atque infamiam* i. e. eum in locum[1]) ponat, ubi tu in finibus criminis atque infamiae esse videaris (cf. Cu. 506 *eodem hercle vos pono et paro*).

490: *consuetio* alibi non extat. — Vides opinor versus quasi pannum assutos esse: *patér curavit, uno ut fetu fieret,* | *uno ut labore absolvat aerumnas duas* | *et ne in s. p. st.* e. q. s.

629—632[2]): 629 *sed vide ex navi efferantur, quae imperavi iam omnia:*

locus communis; cf. e. g. Tri. 1104ss.[3]).

630: *et memor sum et diligens, ut quae imperes compareant*[3]):

structura falsa.

631 *non ego cum vino simitu* (v. l.; cf. ad Sti. 590) *ébibi imperium tuom:* cf. Pe. 170 *quamquam égo vinum bibo, at mándata non cónsuevi simul bíbere una.* Si autem re vera vinum bibisset, ero indicaturus non fuisset (Langen, Pl. St. 237). cf. v. 431 *fáctum est illud, ut ego illíc*[4]) *vini hirneam ebiberim meri.* 575 *úbi bibisti?* = *Nusquam equidem bibi.* — Atque qua ratione fieri potest, ut una cum vino ante educto imperium ad id temporis non commemoratum ebiberit? (Langen).

As. 25s. . . °*ut non audeam* . ., *quin:* structura singularis (Thes. 1257, 61; Kuehner-St. II 262).

25 *obstinate:* Ter. An. 243, Caes., Liv. (ter.), Val. Max. etc. Adiectivum saepius legitur inde a Naevio. =*obstinare* Pl. Au. 267, Acc. tr. 275.

33 =°*pinsitant:* non extat praeter thes. nov. ed.

---

1) Corp. I² 583 (lex repet.), 66 *quae pequnia ex hac lege in aerarium posita erit* (Kuehner-St. I 589i; cf. I 594. Pl. Rud. 936, Am. 180, Leo ad Ep. 191).

2) v. 629 cum 628 coniungi non potest (Langen).

3) cf. Am. 664 *Amphitruo, redire ad navem meliust nos.*

4) scil. in tabernaculo, maxume pugnantibus legionibus.

Mai, cl. auct. VIII 416 *pinso, as, et pinsito, as ambo pro frequenter pistrire;* gloss. *ἀναμάττω* (v. Forcell.) *pinsitor* Mar. Victor. gr. L. VI, 18, 5. cf. Sti. 167 *auditavi.*

483 *maledicis:* ad Tri. 186.

570 *ubi periuraris, ubi sacro manus sis admolitus:* structura fort. Plautina non est: cf. Rud. 598s. *ad hirúndininum nidum visa est simia | ascensionem ut faceret admolirier;* at App. met. 1, 10 *quam sanctissime deierantes sese neque ei manus admolituros . .* (Thes. 761, 51).

Au. 393 °*nimirum occidor, nisi ego intro huc propere propero currere:*

nimirum: Ter. Eu. (ter), Varr., rhet. Her. (quater), Laber., Laurea, Cic. etc. °*occidor* pro *occisus sum* (Langen, Beitr. 136): lapsus est interpolator in imitando sermone Plautino (loquendi genus praeter Pl. non videtur extare: cf. Ter. Pho. 672 Ad. 899 (praesens ut Men. 922) Ad. 265). cf. v. 397

sed cesso prius quam prorsus perii currere?

Qui finxit v. 393, omissos voluit 394—7 Anthracemque (II 9) eliminaturus erat transitu ad septenarios (III 1) facto.

515 °*sarcinatores*[1]*:* Luc. 747. *sarcinatrix:* Varr. Men. 363 (O_1). (*sarcio, sarcina* inde ab antiquissimis temporibus; sarcinatus Poe. 979).

592—8: 592 ∼ 589.

594: *quo incumbat*[1]*), eo impellere: incumbere* translate ante Cic. non usurpatur: Cas. 308 *eum* (sc. *gladium*), Luc. 601 *in gl.*, rhet. Her. 1, 11, 18 *gladio,* Cic. inv. 2, 154 *in gl.* (bis) etc.

Ba. 69 . . *úbi ego capiam pro machaera turturem | [úbique imponat in manum alius mihi pro cestu cantharum]:* qui finxit, 68s. pro 68. 70—2 positos voluit. °*cestu:* Varr., Cic. etc.

---

1) ad rhythmum cf. s. p. 20.

973—5: 974 *omnis lectos sine probro:* ambigue dictum et de nummis et de filiis; sed *legere* pro *eligere* Plautinum non est (v. ad Mi. 603).
976s.: °*comptionalem senem:* cf. Curius Cic. fam. 7, 29, 1 *inter senes comptionales;* alibi non extat. (*coemptio:* Varr., Cic. *coemo:* Ter., Atil. com. 4(?)[1]). *coemptor:* Appul. *coemptionator:* Gai.). Versus ad exemplum versuum 814s. *o stulte, stulte, nescis nunc venire te* .. 816 *responde: quis me vendit?* fictos esse cognovit Brachmannus, qui idem suo iure dicit (p. 107) fieri non posse, quin v. 978 versum 972 excipiat. (975 *duobus solis ictibus* ~ 968 *uno ictu;* 973 *sed Priamus* ~ 978) cf. 934 *qui mísere male mulcabere quadringéntis Philippis aureis.*
Cap. 521 *nec sycophantiis nec fucis ullum mantellum obviamst:* dittographia ad 520 *nec subdolis mendaciis mihi usquam mantellum est meis: fucus* a Plauto numero singulari usurpatur et proprie Mo. 275 fg. Lip. I, translate a Ter. Eu. 589, Q. Cic. pet. 35, M. Cic. Att. 1, 1, 1, alibi, al.; pluralis ab Hor. sat. 1, 2, 83 *mercem sine fucis gestat.* Sed in numero non haerendum: Cap. 656 .. *os sublevere offuciis*[2]). (proprie Mo. 264). (O_1). *mantellum obviamst* pro *praesto est* imitatorem arguit — an quisquam fieri posse censet, ut *mantellum obviam occurrit* interpretemur? Eodem vitio depravatum videtur Poe. 807 (v. i. ad h. v.), quem versum Langenum Pl. St. 276 non attulisse sane miror. (vitio carent Au. 345 Ba. 667 Cas. 968 Poe. 135 Mi. 898 Sti. 524, Ter. Pho. 196, Acc. tr. 263).
Cas. prol. 5—20: 12 °*studiose:* Ter. (ter) Luc. (bis), C. Tit., Varr. (semel; Men. 457 *-ius*), rhet. Her. 6ies (*-ius* bis, *-issime* semel) etc. °*studiosus:* [Pl.] Mi. 802 Enn. a. 216. 383, Cato agr. 1, 3, Varr. (semel; *-iores* rust. 1, 17, 7), rhet. Her. 2, 24, 38 v. l. etc.
12 *Plautinas fabulas:* cf. Ps. pr. 2.

1) *come* = *coeme.*
2) non translate, sed imagine vulgari.

14 °*senioribus:* Varr. ling. 10, 4; fg. p. 158 Wi., 197, 20 Goetz-Sch. *secundum Varronem iuvenior et senior comparativi sunt per imminutionem;* fg. Cens. de die n. 14, 2. Cic. etc.
15 °*iuniorum:* Varr., Caes., Sall., Hor. etc. cf. °*iuvenis:* Enn. (bis), trag. inc. 210, Varr., Cic. etc., argumenta Plautina.
Cu. 344 °*coaccedunt:* tantum hic (Thes. 1365, 71).
Ep. 17s.: °*perpetue:* rhet. Her. 4, 56, 69 (v. l. *perpetuo*), Fulg., Avell., Pomer., Cassiod., Nov. Iust., Corp. XI 3303, 6 (cf. N.-W. II 627); nusquam alibi extare scias. At *perpetuo* 9ies a Pl., 6ies a Ter. usurpatur.

°*varie:* Pac. 307 (?), rhet. Her. (bis) etc. cf. *varius:* Mi. 216 Ps. 145 Tru. 219, Cato, Enn., Ter., Acc. etc. *vario:* [Pl.] Poe. 26, Varr. Men. 103, Cic. etc. *varietas:* Pac. 190, Varr. 7ies, rhet. Her. etc.
18: °*pantherinum:* pantherarum ante Varr., Cic., Lucr. mentio non fit.
518—520[1]**: 520** **depecŭlatui*[2]) vitiosa correptio potius iambica (cf. Sti. 590) quam prosodia[3]). (Leo Pl. F. 276 Plautum semper *pecūlium* metiri dicit; fort. igitur ii, qui synaloepham Leonianam non agnoscunt, Per. 555 non repudiabunt hanc emendationem *pérfidia [et] peculatus⟨que⟩ ex urbe et avaritia si exulant; -que- et:* v. Lodge 537 a infr. sq.; priora duo membra sic artius inter se cohaerent). *depeculatus* extat ap. Fest. et in not. Tir.
Men. 694: Plauti sunt

692 *tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne frustra sis;*

1) om. A.

2) *depeculatum* codd.

3) C. E. 134, 1—5 versus non sunt, v. 7 'perbonus senarius', 6 'paene bonus' (Buech.) *peculio pauper, animo divitissimus.* Ad prosodiam cf. rhet. Her. 4, 27, 37 *ómnium dépeculátus es* 4, 39, 51 *dépeculans* Cic. fin. 3, 32 *dépeculari* Verr. II 4, 79. 4, 37 I 14.

693 *quando tu me bene merentem tibi habes despicatui,*
695 *aliam posthac invenito, quám habeas frustratui.*

Versui **694** *nisi feres argentum, frustra me ductare non potes*[1]) locum non esse recte dixit Sonnenburgius; cur autem Erotium Menaechmum frustrari se suspicari non possit, ego non intellego; neque in vocibus rarissimis metri explendi causa a Plauto fictis °*frustratus* (Non., Symm.) et °*despicatus* (Cic., Fronto, Ennod.) haerendum (*frustratio:* Pl., Varr. etc.).

Mer. 20—30: 20 *attigit:* de elegantia dictum non magis Plautinum quam Sti. 178 de paupertate[2]). At Cic. carm. fg. 41 de *dolore* (Thes. 1144, 81ss., ubi adde fin. 3, 16 *antequam voluptas aut dolor attigerit,* fam. 3, 10, 10 de *invidia*); similiter *tango* : e. g. Cic. Verr. II 3, 65 *cura . . cogitatioque;* de *dolore:* Tusc. 2, 52 Brut. 331; cf. Att. 2, 19, 1.

23 *praequam* pro *praeterquam:* soloecismus.

elegantia: ~ 19 . . *elegantia.*

24 *sed amori accedunt etiam haec:* repugnat v. 18 *nam amorem haec cuncta vitia sectari solent.*

25 °*insomnia:* Enn. inc. 25 (i. q. *vigiliam;* cf. Serv. ad Aen. 4, 9 *insomniam . ., licet et Pacuvius* (inc. LVIII) *et Ennius frequenter dixerint, . .*) Pac. tr. 8, Caec. 168 *conséquitur comes Insomnia* (scil. *Amorem*), *ea porro Insaniam affert* (Leo cft. Pl. Pe. 555 Am. 930). cf. °*insomnis:* Cato agr. 157, 8*; Verg., Hor. etc.

25: *fuga:* cf. Tri. 260s. *fugit forum* e. q. s. (Leo).

26 *ineptia stultitiaque:* qui neque a coniciendo auxilium petere vult neque diaeresin Iacobsohnianam agnoscit neque de pristina vocalis *a* productione servata cogitari posse concedit, in prosodia haereat necesse est, quam ad explicandam heroici versus exemplum haud facile audeam afferre (Enn. etiam in thesi: a. 96 . . *stabilita*

---

1) tempus vitiosum metri causa positum esse videtur.

2) translate ponitur alio sensu Ba. 196 Tru. 864 Mer. 32

scamna). De Ps. 1003 . . *mitteré scriptam solet* relego te ad Iacobsohnii q. Plaut. 40.

26 ⁼*ineptia:* singularis numerus ap. Pl. alibi non extat; usurpatur autem a Ter. Eu. 741 Ad. 749 (Kuehner-Holzw. 509, ubi adde Col. 7, 4, 1), eccles. Contra pluralem a Plauto abdicari suo iure vetuisse mihi videtur Seyffertus: cum autem unicus ille locus et sermonis (in Parei editione legimus *nugas ineptiasque*) et metri offensione depravatus sit, hanc emendationem periclitatus sum:

Cap. 529 *neque íam Salus servare, si volt, me potest,*
nec copia est,
nisi si áliquam corde machinor astutiam.
531 *quám malum? quid máchiner?*
531 a *quid cómminiscar? maxumas [nugas] ineptias*
532 *incipisso.* ⟨*enim* cf. Men. 846⟩ *haereo.*

Ad metrum cf. 525
omnis res palamst, — ∪ — ∪ —
neque de hac re negotium est. ∪́ ∪ — — ∪ — ∪ —

(cf. Leo, Pl. cant. 14[1]); Jachmann, Glotta VII 65, 2). cf. gloss. IV 526, 55 *Ineptae nugę.* Pluralis numerus usu obtinuit inde a Caec., Ter.; *ineptitudo* Caec. *ineptus, -e:* Pl. 5ies, Ter. 15ies °*ineptire:* Ter. (bis), Catull. etc.

26 *ineptia stultitiaque* *adeo* *et temeritas: adeo* Plautinum non videtur: v. Lodge 44b i. (4) sq. et 45a sub c. cf. Turp. 162 . . studuit *perdere detegere despoliare opplereque adeo* (cf. Per. 330 Mer. 859 Poe. 642. 860; nihil contra faciunt Cap. 519 Sti. 212 Cas. 77; non conferam Cap. 348 Am. 72; de Accii *neque adeo Agroecus neque Commorientes* cf. Leo, Pl. F. 34i: una quasi pars orationis est).

26 °*temeritas:* Afr. 263. 113, rhet. Her. 5ies, Cic. etc. cf. *temerarius:* legitur inde a Plauto (As. 262. Au. 184). — *stultitia:* redit 849.

1) an *incipisso. haereo* — ∪ — — ∪ —?

27 =°*incogitantia:* tantum hic, cf. =*incogitans:* Ter. Pho. 155. 499; Aus. 308, 15, schol. Hor., gloss. =*incogitatus:* Pl., Sen. etc. =*incogitabilis:* Pl., eccles. (Lact. inst. 1, 8, 3 *tam caeci, tam incogitabiles, tam excordes*).
28 *petulantia et cupiditas: et* metri explendi causa male insertum (Mueller, Pros. 8).

°*malevolentia:* legitur inde a Cic. et Sall. *malevolus:* Pl. quater, Ter. quater. *malevolens:* Pl. ter, [Pl.] Ps. 1006.
29 *°*inertia* (*ineret et iam* codd.): Cato Iord. 83, 7, Saserna ap. Varr. rust. 1, 18, 2; rhet. Her. 1, 5, 8 *inertiam ignaviam desidiam luxuriam;* 3, 3, 6 (bis); 4, 47, 60 *alterius inertiae, alterius stultitiae* etc. cf. *iners:* Naev., Pl., Enn., Ter. etc.
29 °*aviditas:* Varr. (bis), Cic. etc.

desidia: cf. 62 *amori neque desidiae.* Quamvis caesuram haud semel inter praepositionem et verbum sive nomen collocandam esse concedam, tamen hanc licentiam hic non agnosco:

inertia aviditas desidia iniuria

sane versus inelegantissimus.
849 *solitudinem:* praeter hunc locum semel ap. Pl. extat: As. 163 *solus solitudine ego te atque ab egestate abstuli,* ubi figurae efficiendae causa fictum videtur. Contra ap. Ter., 5 ies (Ad. 303 *iniustitia solitudo infamia*), singulis locis ap. Turp. et Varr., ter ap. rhet. Her. (1, 5, 8 *inopiam solitudinem calamitatem;* cf. Cic. inv. 1, 109); cf. ad Ps. 768.

pertinaciam: Ter. Hec. 202, 496, 591, Acc. tr. 4, Varr. etc.

pertinax Cap. 529 *tenaxne pater est eius?* ≡ *Immo edepol pertinax* ad tempus excogitatum est ut Ter. Hec. 504 *percontumax;* usu obtinuit inde ab Enn. sc. 379, Acc. tr. 9, Varr. etc.
887 *multum benevolens:* in universa Latinitate *benevolens* nusquam ponitur adiuncto adverbio praeter hunc

locum. — v. scriptus, ut omitterentur 873—886; optima Ritschelii restitutio.

983a *noxiis:* plur. numerus legitur inde a Ter. (Hec. 310) et Cic.; at sing. extat XII tab., Pl. (12ies), Ter. (5ies) etc.

°*vacuom:* pro *vacivom* cum genet (Abraham): Pac. tr. 280 *vacua a contumelia,* Ter. And. 706 (*vocivus* Ha. 90), Lucil. 1041, Acc. tr. 262 etc.

Mi. 602s.: °*cautella:* Appul., Min. etc. *locus* .. *lectus est* i. q. *electus:* sic ponitur inde ab Acc., (tr. 574 *litore in* **lecto*), Turp. 56, Varr. 8ies). Corruptum est Amph. 316

.. ferire malam male discit manus:
alia forma esse oportet, quem tu pugno[1]) † *legeris.*
(**tetigeris* Ussing).

Leguntur autem litterae („lesen"), sermones (Ps. 414 'i. q. *subleguntur*' Lorenz; cf. Luc. 796 *omnia viscatis manibus leget*), minae. Ii autem leguntur, quasi certus uvarum, olivarum sim. numerus *legendus* (i. e. *colligendus,* non *eligendus*) sit itaque significatio accedit prope ad numerandi vim: Ps. 1149 *áccipe: hic sunt quinque argenti lectae numeratae minae* Ter. Pho. 53 *accipe, em: lectumst, conveniet numerus, quantum debui*[2]). Sed *eligendi* significatio deprehenditur in Bacch. versibus 974s. ambigue et de filiis et de nummis dictis *non quinquaginta modo, quadringéntos filios habet átque equidem omnis lectos sine probro,* quos retractatori tribuendos esse supra cognovimus.

802 *.. cupiet miser,*
quí nisi adulterio studiosus rei nullae aliae est improbus[3]):

=°*studiosus:* ad Cas. 12. — Structura ut Iustin. 9, 8, 4

---

1) an **pugne*? cf. 318 *exossatum os esse oportet, quem probe percusseris* (scil. *o pugne*).

2) cf. Luc. 1199 *lecti omnes.*

3) der, außer für den Ehebruch, für keine andere Sache Eifer zeigt, der Gottlose.

fuit rex amorum quam conviviorum apparatibus studiosios (sic scripsit, ne genetivi coacervarentur: Kuehner-St. I 317), Spart. Hadr. 2, 1 *venando usque ad reprehensionem studiosus* (cf. Benesch, diss. Vind. 1890 t. II 112)[1]. Similiter *cupidus:* Thes. 1426, 37 s.: Ps. Aug. quaest. test. p. 383, 14 S. *studiis cupidum* (cf. l. 12 *si studiis minime operam dedisset*), ubi dativum non magis mutandum quam inscr. Corp. VIII 23245 l. 7 (Thes. 1427, 9) *cupidi tamen sumus morti* monuit me I. B. Hofmann.

Mo. 288 *purpura *aetati (-e) occultanda est, aurum turpi mulieri:*
'structura recentior' (Leo) (Bennett Synt. 443). *Sum* cum dat. ger. finali coniunctum i. q. 'diene wozu' ante Livium non inveniri docet Kuehner-St. I 747 b.

410 *cuivis homini vél optumo vel pessimo: vel* ap. Pl. semper eligendi notionem continet (Langen Beitr. 68 ss.) exceptis his tribus exemplis, ubi mera augendi vis denegari non potest:

Tri. 746 *atque ea condicio [huic] vel primaria est*

Au. 560 *pol vel legioni sat est*[2]

Pe. 396 *cum hac dote poteris vel — mendico nubere* (expectabatur enim *regi*). Sed *vel — vel* ap. Pl. nusquam sic ponitur, ut eligendi facultas plane absit; contra iam ap. Ter. (Langen B. 78. 338) et Catonem[3] usus recentior deprehenditur. (*Vel* simplex: Cato agr. 157, 13

---

1) Val. Max. 9, 2, 4 *quos studiosiores Caesari senserat* emendatio *Caesari⟨s⟩* facillima.

2) versus 560—8 'non apte adiectos' esse Leoni non concedo: mihi quidem Plauti ingenio prorsus non indigni videntur: ioci genus ne a Graecis quidem alienum fuisse discimus e Menandri Samia v. 184 ss. — Leonis interpretationem autem artificiosiorem esse censeo quam veriorem ('*vel* i. e. si legionem pascere placet').

3) agr. 83 *eam rem divinam vel servus vel liber licebit faciat* 7, 4 *eae optime conduntur vel virides in muria vel in lentisco contusae vel* e. q. s. *Vel quod — vel quod* inde a Varrone; cf. trag. inc. 54.

siquis ulcus taetrum vel recens habebit, 157, 8; Acc. tr. 397 *dum* (credas) .. *rapi saxum* .., *vel* .. *turbines existere* etc.

Poe. 1—49: Quae de duplici horum versuum recensione protulerunt, mihi improbantur; velut neque vv. 11ss. ioci causa inserti (cf. As. 1—5) cum vv. 1—4 coniungi non possunt neque verba illa (46) *ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare* in suspicionem vocanda sunt: transitum enim voluit fieri is, qui vv. 1—49 confecit, a prologi priore parte, qua edicta scaenica continebantur, ad alteram fort. vere Plautinam, qua argumentum enarrabatur. Itaque, postquam priorem partem finitam esse dixit[1]), ad id quod imprimis sibi proposuerit, scil. ut argumentum proferret, se transire significat. Haerendum autem non est in praepositione *re (remigrare)* paulo neglegentius posita: velut similiter est ap. Catonem de agr. 1, 4 *nunc ut ad rem redeam, quod promisi institutum principium hoc erit*[2]). —

Summam inter hunc et Amphitruonis prologum intercedere similitudinem iam supra cognovimus; itaque casui tribuendum non est, quod initium fit ab Enni tragoedia. Etiam rhythmi inelegantia similis est: cf. v. 7 et 28 (s. p. 20).

1. *commentari:* cum obiecto non ante Cic. (Thes. 1864, 18).

2. *inde mihi principium capiam:* initium capere

---

1) v. 44s. *haec quae imperata sunt pro imperio histrico, bonum hercle factum pro se quisque ut meminerit.*

2) titulo enim promiserat se de agric. scripturum: equidem non credo eum, qui Leonis interpretationem quam dedit Gesch. d. r. L. p. 470 leget opinione non praeiudicata, aliquid desideraturum; itaque Leoni l. c. 271 adn. non adstipulor. — Similiter Prologus ipso prodeundo promittit argumenti enarrationem: cetera quasi digressio esse significantur. — Scil. vv. 46—9 haud apte praemissi sunt versibus 55—8, qua discrepantia interpolator arguitur.

non ante Varr. (Thes. 324, 18)[1]; *principium capere* rhet. H. 1, 4, 6; *principium sumere* inde a Varr. et rh. H.

3 sq. Enni: *sileteque et tacete atque animum advortite,*
audire iubet vos imperator —

4. °=*histricus* magna cum vi comica versum contra opinionem claudit. Commentum poetae tam bene placuit, ut eodem iterum usus sit v. 44

haec quae imperata sunt pro imperio histrico.

histricus praeter hos duos locos non extare ridiculique causa excogitatum videtur.

11 *exsurge, praeco, fac populo* °*audientiam:* versus si a Vahleno iure Ennio tribuitur, ap. Enn. ante v. 3 collocatus erat. *audientia* rhet. H. 4, 55, 68 *illi praeco faciebat audientiam* (Thes. 1260, 28 ss.).

17 *scortum exoletum*[2]) *ne quis in proscaenio (sedeat): proscaenium* cum alibi semper idem sit quod scaena, hic pro certa caveae parte scaenae finitima accipiendum videtur (cf. Ritschl, Par. 211). Quod Bauerus caveam dicit significari aperte falsum est[3]).

---

1) aliter Sti. 75 *principium .. occipiam* (Don. Ter. Eu. 622, recte ut opinor). cf. Ter. And. 709 *narrationis incipit mihi initium* (Eu. 622 v. l.). Ha. 1044 *quod principium incipiam* (deteriorum *inveniam* fort. veram esse lectionem putat Skutschius; cf. Hec. 361; *capiam* vulgo).

2) de puero amato dictum (Bauer).

3) Contra v. 57 *proscaenium* ratione solita ponitur:

55 *nomen iam habetis; nunc rationes ceteras*
accipite: nam argumentum hoc hic censebitur:
57 *locus argumento suos sibist proscaenium,*
vos iuratores estis: quaeso operam date.

v. 57 em. Ritschl Par. 210 (*l. argumentost suom sibis* (B; *scibis* CD) *pr.* codd.) (cf. Bauer 49): i. e. ‘argumenti ratio hic reddetur (cf. Tri. 878 *census quom sum, iuratori recte rationem dedi*): *hic*, nam proprius argumento enarrando locus est proscaenium, unde ego, imperator histricus, vos allocutus sum. Reddenda autem ratio est vobis, spectatoribus, quippe qui soli iuratores apti sitis: ergo iam attendite animum, ut de reddita

19 °*dissignator:* Cic. Att. 4, 3, 2 etc. (v. Thes. 1469, 22. P. W. V 1199; schol. Hor. epi. 1, 7, 6). — Ut conquisitorum (Am. 65), sic dissignatorum commemorationem, nisi certi extabant gradus, ratione carere cognovit Ritschelius Par. 219 ss.

21 *dormiĕrunt:* 'perfecti *e* correpta praeter versus colive finem tantum hic' (Leo). Quam ad rem explicandam aut heroici versus exemplum[1]) aut consuetudo vulgaris (Phaedr. 2, 4, 24; 3 epil. 24; app. 13, 7; at cf. Hor. epod. 9, 17) arcessenda. (N.-W. III 198 s.; Linds.-Nohl 611).

21 s. *decet . . stent:* structura ante Paul. Nol. carm. 26, 18 *fugiant decet omnia sanctum maesta diem,* Mart. Cap. 9, 917 *placet ac decet vicissim cantemus atque amemus* non reperitur. *decet ne:* Ps. Quint., . . *ut:* eccl. (Thes. 135, 5 ss.).

22 *dormire temperent: temperare* cum inf. ap. Pl. struitur praeter hunc locum [Pl.] Poe. 33. 1036 (cf. i. p. 37); tr. inc. 15 *temperaret tollere* (cod. Vossii, Vind. m. pr.; om. cod. S. Victoris; *temptaret tollere* Leid. H., Palat. b Erl.; *tempora extollere* Vind. m. alt.; sed lectio certissima); antiquissimis temporibus praeter haec 4 exempla nulla extant; e posterioribus Forcell. affert Gell. 4, 9, 5.

26 *ne et hic* °*varientur virgis et loris domi: varientur:* ad Ep. 17. — cf. Ps. 145 *íta ego vestra latera loris faciam ut valide varia sint;* Catull. 64, 351.

28 *pueros infantis minutulos: infans:* Pl. Pe. 174

ovis si ín ludum iret, potuisset iam fíeri ut probe litté-ras sciret,
quom intérim tu méum ingeniúm fans atque infans nondum étiam edidicisti.

---

argumenti ratione aeque iudicare possitis'. Baueri explicatio perversa est; cf. A. Mueller, B. ph. W. 1903, 555.

1) Munro ad Lucr. I 406; casui tribuam, quod ap. Enn. nihil simile traditum est.

Apparet autem *infans* ap. Pl. unico hoc loco, ap. Ter. nusquam traditum antiquissimis temporibus nondum in sui locum vocis iuris pervenisse, immo a Plauto efficiendae figurae causa ad tempus fictum esse. At iam ap. Acc. tr. 315 est *item ac maestitiam mutam infantum quadrupedum* (cf. 189 *infans facinus*), Luc. 486. 566 *pueri infantes,* Varr. Men. 367 *(-iorem)* ling. 6, 52 rust. 2, 5, 5; rhet. Her. 2, 11, 6 (superl.), 2, 25, 39; Cic. (qui *infans* etiam pro subst. ponit) saepius. *infantia* inde a Varr. et rhet. H. — Ad rhythmum cf. p. 20.

minutulos: insolite pro *parvolos* (11ies ap. Pl. et [Pl.] Ps. 783, 8ies ap. Ter., semel ap. Afr., bis ap. Varr. et semel de porco, rhet. H. etc.; cf. [Pl.] Sti. 175a *a pausillo puero* (Cato. agr. 157, 10). Ru. 997 (de *piscibus*) *pauxilluli;* Nov. At. 62 *pueri pausilli,* Afr. tog. 247, Naev. com. 55. Turp. 90); *minutus* 5ies est ap. Pl.: Ba. 991 Cas. 332 Ci. 522 Ru. 1325 *(curculiunculos)* fg. inc. LXVIII p. 553 i. L.

30 *ne et ipsae sitiant* cf. 1224 *sitiunt qui sedent.*

31 *ne pueri . . quasi haedi* =° *obvagiant:* i. vagiendo aliis impedimento sint. Fictum propter *obambulet* (19) et *obsideant* (23). — °*vagio* legitur inde ab Enn. (a. 531) et Ter. (Hec. 517 *pueri . . vagientis*).

33 °*canora:* legitur inde ab Acc. et Cic.

tinnire temperent: v. ad v. 22.

36 °*curatores:* in legum sermone vetusto ap. Cic. leg 3, 7 (XII tab. ?), Varr. etc.

42 °*inruptionem:* Cic., Caes., Val. Max. etc. Cum autem ap. Pl. legamus *intro rumpam in aedis* (Am. 1048, Mi. 460; similiter Ru. 570; cf. Ter. Eu. 996 *cesso huc intro rumpere?,* ubi *irrumpere* v. l. falsa), inde a Varr. et rhet. Her. *irrumpere* reperitur. *irrumpit se in curiam* (Menipp. 411), *inrupit in aedes subito* (rh. H. 4, 52, 65).

43 °*aestuant:* invenitur inde a Varr. et Cic.

44 *histrico:* v. ad v. 4.

47 *ad argumentum . . remigrare:* iunctura a propria

vocabuli vi nimis longe recedere videtur (Ep. 569 Pe. 685 cf. *migro:* Am. 1143 Cu. 216 Ep. 342 Ps. 470 Tri. 639 *néque mens officio migrat* i. e. ab officii via non recedit). Fort. poeta v. 79 *revortor rursus denuo Carthaginem recordatus erat.*

48 °*limites:* [Pl.] Poe. 632; l. inde a Varr. (6 ies) et Cic.
°*confinia:* l. inde a Varr. et rhet. H.

49 °*determinabo:* Cic., Lucr., Liv. (1, 18, 7) etc.
°*termino:* l. inde a Cic. (*terminus* inde a Naevio).
°*finitor:* Cic., Sen. II, Pers. etc.

567—575: 575[1]) °*ut . . perdas, id studes:* structura reperitur Ter. Ha. 382 *id cum studuisti, isti formae ut mores consimiles forent* Caes. Gall. 7, 14, 2, *huic rei studendum, ut . .,* Liv. 40, 56, 2 *id studere, ne . .,* Pers. 5, 19, Quint. inst. 10, 2, 6. Ab his exemplis paulum differunt (nam aliena esse Opitzio Lpzg. Stud. VI (1883) 247 non concedo) haec: Ter. Hec. 262 *eo domum studeo haec prius quam ille ut redeat;* Ad. 868; Cato agr. 5, 8 *stercilinum magnum stude ut habeas;* (Cic. deest); bell. Alex. 1, 4, Phaedr. 2 epil. 6 *(ne),* Sen. ep. 89, 23, [Pl.] Cap. arg. 4 etc.[2]) — Ad sententiam *lenonem ut periurum perdas* cf. v. 815 s. 818.

631 sq. 627 *viam qui nescit, qua deveniat ad mare,*
eum oportet amnem quaerere comitem sibi;
ego male loquendi vobis nescivi viam:
nunc vos mihi amnes estis : vos certum est sequi.
[si bene dicetis, vostra ripa vos sequar,
si male dicetis, vostro gradiar limite].

Sententia v. 627 incohata clauditur versu 630 neque

---

1) cf. Leo, Pl. F. 178, 1. Cornelia Coulter, retractatio p. 51 (Bryn Mawr College Monogr. vol. X. 1911).

2) cf. °*opto ut*: Ter. Ha. 756 Ad. 874 Cic. Lael. 59 *necesse erit cupere et optare, ut . .* etc. cf. °*cupere, ut*: inde a Cael. ap. Cic. fam. 8, 3, 1 (Mart., Plin. ep., eccl.; v. Thes. 1434, 3 ss.; Leo ad Cap. 102); cum coni. nudo inde a Verg. et Ov. (Cic. Att. 2, 18, 4 adiuncto *vellem*).

quicquam addi potest, minime vero enuntiatum condicionale[1]). Sic enim sese excipiunt argumenta a lenone prolata: viatorem amnem ut ducem sequi solere, quando viam nesciat, qua ad mare perveniat. Sese ipsum autem nunc viatoris de via dubitantis condicione uti: versari quidem sibi ante oculos quasi metam male loquendi artem, sed adhuc se viam nescivisse, qua illam consequeretur. Iam vero ducem sese nactum esse, advocatos, quippe quos illa male loquendi arte perdoctos esse modo cognoverit. Ergo certum esse se via ab eis monstrata progressurum quasi viatorem amnem sequi cupientem. De *bene dicendo* igitur omnino non agitur, neque aliud sibi proposuit leno, quam ut convicia antea[2]) sibi data in auctores reiceret. Accedit, ut verba *vostra ripa* verbis *vostro . . limite* accurate respondeant, *limes* autem neque omnino Plauti sit (v. ad v. 48) neque de aquae via dictum ante Prop. et Ov. reperiatur. — Similis iocus est v. 50 s.

sed nísi molestumst, nomen dare vobis volo
comoédiai; sin odiost, dicam tamen,
siquidem . .

807 *in comitio estote obviam*: pro *in promptu* vel *praesto*[3]). Quamquam autem in sermone haerendum, tamen versum eliminare dubito: gravissimum enim est quod Iachmannus Charites 272, 2 versum 809 (*iniuriam illic insignite postulat*) ratione carere dicit, nisi antecedebant 806—8. An quis verba *cras subscribam homini dicam* (800) ad intellegendum Agorastoclis consilium

1) Cf. Sti. 641 ss. *more hoc fit, atque stulte mea sententia*:
si quem hominem expectant, eum solent provisere;
qui hercle illa causa ocius nihilo venit.
idem ego nunc facio, qui proviso Sagarinum,
qui nihilo citius veniet tamen hac gratia.
Ru. 1193—6 (p. 43).

2) v. 625 sq. *istic ést thensaurus stultis in lingua situs,*
ut quaestui habeant male loqui melioribus.

3) at sine vitio Mi. 898 Poe 135; cf. ad Cap. 521.

satis esse affirmare audebit? (Advocatos semper fere in comitio versari iam docuerunt nos v. 584 s.
nam istorum nullus nefastust: comitiales sunt meri;
ibi habitant, ibi eos conspicias quam praetorem saepius).
An. v. 809 sq. in universum tantum dictos esse neque ad nominis delationem (quam advocatis non ita inopportunam fuisse docent v. 584 s.), sed ad totam pactionem, de qua convenit Agorastocli cum advocatis, referendos esse?[1]). Sed de hoc versu (807) iudicium retineo; ceteros (800—816)[2]) Plauto tribuam: nam quod v. 801 (*apscedas, sumas ornatum tuom*) et 805 (*abscedam hinc intro*)[3]) cum v. 808 (*tu sequere me intro*) coniungi non posse affirmaverunt, haud iure fecerunt. Collybiscus enim, ut Agorastoclis servus esse repereretur, deposito ornatu prodierat. Itaque dominus, antequam secum abducat, ornatum apud lenonem relictum eum sumere iubet. Ergo Lyci, non Agorastoclis domum abscedere iubetur (801), unde post v. 806 (807) redit; tum vero Agorastocles eum secum ipsius domum ire iubet.

923—929: 925 °*cessatio*: l. inde a Cic. (5ies), Col.
927 °*vernaculum*: Varr. (8ies), Cic. etc.
950—960: 955 .. *Antidamás fuit*: item 1051; at 1058 *hic me Antídama[s] hospés tuos.* Quod grammatici docent multisque exemplis ab antiquissimis usque ad Varronis tempora pertinentibus confirmare student nomina-

1) Cf. v. 520 ss. *liberos nos esse oportet. nos te nihili pendimus,*
ne tuo nos amori servos [tuos] esse addictos censeas.
liberos homines per urbem modico magis par est gradu
ire, servile esse duco festinantem currere.

2) Iachmann, Char. 278; de vv. 801—4 cf. Leo, Pl. F. 174 i. sq.

3) Recte Langenus Pl. St. 342 adnotat durum esse, quod *advocati* non priore loco collocatum sit: tamen mihi hoc ad condemnandum v. 805 non sufficit (*factum a vobis comiter: bonam dedistis advocati operam mihi*).

tivum nominum propriorum Graecorum, quorum genetivus in *-ου* (vel *-ā*) exeat, apud antiquos scriptores Romanos sola *-a* (pro *-as*) terminari, Plauti et Terenti comoediis optime comprobatur. Fort. autem iam in Lucilio haec Bentleii (ep. ad Mill. 79) coniectura repudianda non est

1108 *perditus Tiresia⟨s⟩ tussi grandaevus gemebat,*

atque ap. Varr. invenimus *Archytas, Hegesias, Athenagoras, Mnaseas, Chaereas*; apud Cic., ut docuit Bentl., res adeo mutata est, ut nominativi in *-a* (servorum libertorumve exceptis nominibus) plane fere delituerint[1]). Etiam in lingua Osca extat Santia pro *Ξανθίας*[2]).

959 °*habitare mónstratust*[3]): structura inde a Lucr. 5, 1106 *commutare . . monstrabant*; Hor. sat. 2, 8, 52 *monstravi incoquere*; Verg. Aen. 9, 44 (a. c. i. ap. Ov., Liv. etc.). — Cf. [Pl.] Poe. 1043 *quaero (commostra si novisti) Agorastoclem.*

1036 ditt. ad 1035: 1035 *maledicta hinc aufer, linguam compescas face.* 1036 [*maledicere huic tu temperabis, si sapis*] v. ad 22. — Mihi dubium non videtur, quin alter versus priore multo inferior sit.

1042 sq.: *verum égo hic hospitium hábeo: Antidamae filium*
quaero (commostra si novisti) Agorastoclem.

dittogr. ad 1046 sq.

sed ecquem adulescentem tu hic novisti Agorastoclem?

e. q. s.

hospitium habeo: durum videtur; debuit, nisi fallor, *mihi est h.*

---

1) Nam inv. 6, 8 *Hermagoras*, non *-a* scribendum esse cognovit Bentl. rhythmi testimonio haud frustra invocato. (*Hermagora* Quint.). —

2) Cf. Mommsen, Unt. Dial. 189; Planta, Grammat. inscr. 168 (II p. 527); cf. I p. 61, 80; II 85. *-a* pro *-u* vel *-ο* Graeca nominis origine explicatur.

3) Ad rhythmum v. p. 20.

1051 sq.: *pater tuus* (B; °*patritus* A; *patri tuus* D)[1]
ergo ⟨*mi* cf. 955⟩ *hospes Antidamas fuit,*
haec mi hospitalis tesserá cum illo fuit.

1052 dittographia[2]) est ad 1047—9:
. . *sí itast, tesseram*
conferre si vis hospitalem, eccam attuli. ≡
Agedum huc ostende. est par probe, quam habeo domi.

Antidamas: ad v. 955. 1051 s. eiusdem sunt cuius 950—960 et 1042 s. Qui scripsit, v. 1050 *ergo hic apud me hospitium tibi praebebitur* omissum voluit, quia *nam* et *ergo* coniungi non possunt. Versus Plautinus subditicio deiectus videtur; sententia sic fere supplenda:
1050 *o mi hospes, salve multum. nam mihi tuos pater*
⟨*omnium quos habui amicus fuit carissimus*⟩[3]).
Iam ad hunc locum illustrandum tabulam liceat addere hanc:

P	A	Plauti	Archetypi additamenta marginalia	retractatoris
1041	41	41		41
42	44	44	42	42
43	45	45	43	43
44	46	46		46
45	47	47		51
46	48	48		52
47	42	49	51	53
48	43	50 ⟨50a⟩	52	54
49	53	53		55
50	49	54		56
51	50	55		57

1) Cf. additamenta.

2) Cf. Mueller, Pros. 296 adn.; de *tesserá* agere nolui.

3) Coniunxit retractator 1041—1043, 1046 *ego sum ipsus, quem tu quaeris.* ≡ *Hem, quid ego audio?*, 1051—1053 e. q. s.

P	A	Plauti	Archetypi additamenta marginalia	retractatoris
52	51	56		58
53	52	57		59
54	53	58		60

1355—1371: 1355 *numquid recusas contra me?: contra* cum acc. i. q. *adversus* Plautinum non est (Thes. 745, 64); at est Enni (a. 563), Accii (tr. 476), al. Verum *contra* vi mere locali apud Plautum cum acc. iungi negari non potest: Pe. 13 . . *qui contra me astat* . . Ps. 156 *adsistite omnes contra me*[1]) (Lodge 308a supra).

1358 *haud aliter ausim*: tam nude positum Plautinum non est[2]). At cf. Ter. Eu. 884 *tum pol tibi ab istoc, era, cavendum intellego.* ≡ *Non ausim.*

1363 °*conradi*: Ter. Ha. 141. Pho. 40. Ad 242 *minas decem conradet alicunde,* Varr. etc., e. g. App. Met. 9, 9 *non parvas pecunias* (cf. 10, 19. 11, 28).

1400 *di meliora faxint*: pro *melius* (Baier): Pac. tr. 112 *di monerint meliora* (cf. Luc. 653), Ps. 315 cod. A (retractatoris) *di meliora faxint* (*melius faciant* P).

1403 *lites sequi*: Terenti.

1406 *diiunge inimicitias cum improbo: diiunge* i. q. *dissolve* non Plautinum. Apud Pl. proprie dicitur As. 665 *ne nos — e amantis* Mi. 1328 *lacrumo quia — mur.* Translate Ter. Hec. 161 *ea res diiunxit illum ab illo.* Similiter, sed multo liberius atque de personis non tantum, verum etiam de rebus Varr.: e. g. rust. 1, 2, 21 — *diiungamus* . . *pastionem a cultura.* Cum autem omnia

1) Si *contra* adverbium esset, dativus postulandus esset: cf. Cap. 664 (Lodge 159 b); adverbium agnoscendum est Mo. 1105 (Thes 738, 49) et Am. 339 (738, 57).

2) ‘Fere i. q. velim’ Thes. 1255, 26 (cf. 1252, 61 ss.); at ego Cap. 238. 303 (adde Tru. 458 *quae ausa hunc sum, tantundem dolum* ⟨*nunc*⟩ *adgrediar*), ubi infinitivus re vera e proximis ultro se offert supplendum, cum Poe. 1358 concinere nego.

haec exempla servata pristina vocabuli vi de segregatis seiunctisve vel hominibus vel rebus[1]) dicta sint, inde a Cic. *diiungere* etiam de dissoluta aliqua coniunctione dicitur: itaque in Thes. (1386, 79) versui Pseudo-Plautino adnectuntur exempla haec: Cic. Att. 1, 18, 3 (ille annus) *ordinum concordiam diiunxit* Liv. 42, 46, 6 *ne quid . . peteret rex, quod veterem amicitiam . . . disiungeret sibi ac Romanis.* Inepte autem *inimicitiam diiungere* dictum videtur; disiungitur enim is status, quo homines aliqui quasi vinculo continebantur, velut amicitia, concordia: at inimicitia disiungi non potest; neque *cum improbo* ferri posse videtur.

Ps. pr. 1 sq.: °*exporgi meliust lumbos atque exsurgier*: Ter. Ad 839 *exporge frontem* (*exhilara, extende rugas* schol.) Tit. 172 item; Varr. Atac., bell. Afr., Vitr. etc. cf. *porrigo*: Pl. Cas. 281 *porrectiore fronte* 405 (*palmā*) Ep. 733 *plaudite et valete . lumbos porgite atque exsurgite* Mer. 883 *porge bracchium* Ps. 36 *eccam in tabellis porrectam* 1148 *porrexi manum.* (Ru. 660 *porrigite* B_1 pro *proripite*). Ad sententiam cf. Mi. 81 *qui autem auscultare nolet, exsurgat foras* (cf. Tru. 968 *plaudite atque exsurgite*).

2 *Plautina longa fabula in scaenam venit* : lónga admodum conspicuum (Suess). — Cf. Cas. 12[2]).

67a (om. P) **nostrum* (*-orum* A) *órgiorum* ⟨*ó*⟩ *s*⟨*culati-u*⟩*nculae* : °*orgia* inde a Catullo; °*osculatio*: Cic. Cael. 49, Catull. etc.

206 = °*prohibet faciant*: structura singularis.

284 °*simultatem*: Ter. Pho. 232. Varr., rhet. H. etc.

523a *te ausculto loqui*: structura non ante App.

---

1) Animadvertas velim aliquid ab aliquo seiungi.

2) Cas. 11 sq. *nos postquam populi rumore intelleximus studiose expetere vos Plautinas fabulas*

(Leo, Pl. F. 217).

met. 9, 3 *illos . . ausculto de meis sic altercare fortunis*; Hier. (Thes. 1535, 54 ss.).

satis libenter: 'compositio . . ap. Pl. nusquam redit' (Abraham); neque usquam alibi extat O_1. *libenter ausculto* legitur Ps. Rufin. in Os. 13, 1, 2. Mi. 21 p. 1027 B.; Cassian. inst. 4, 39, 2. Corp. Vind. 17 p. 75, 18. Neque omnino adverbia adiunguntur ante Frontonem (p. 192)[1]) et Hier. ep. 108, 22 (*breviter ausculta*).

agedum, nam: cum is, qui v. 523 a finxit, omissum vellet 523, antecedebant verba *vin etiam dicam*; ergo post *agedum* supplendum est *dicas*. Cuius structurae exempla inveniuntur inde a Liv. (Thes. 1406, 7). — Apud Pl. *agedum* semper cum imper. coniungi vidit Abraham (de Mer. 149. Sti. 725 cf. Leonis adn.); sed iam ap. Ter. est *agedum, ad fores accedo propius (Hec. 315 s.)*.

767—789[2]): **768** °*turpitudinem*[3]): inde a rhet. H. (14ies). Cf. *acritudo* Acc. (idem *acritas*[4])). *aletudo* Catonis? (cf. Jord. p. 48, adn. ad l. 6) *altitudo* Cato, Varr. *amaritudo* Varr. *amplitudo* Varr. (bis) *anxitudo* Pac., Acc., Cic. (*anxius* Cic.) *assuetudo* Varr. (*assuetus* Cic.) *beatitudo* Cic.[5]) *castitudo* Acc. (*-tas* Cic.) *celeritudo* Varr. (*-tas*

1) *Sicut . . laetus ac libens audio, ita . . multo scrupulosius ausculto.*

2) Non offendo in collocatione verbi *danunt*: *cui servitutem di danúnt lenoniam*; cf. C. E. 4, 4 *donu danúnt Hercolei*. Initio versus est Pe. 256 (Jacobsohn, q. Pl. 14); poetas antiquos hoc studuisse, ut formas obsoletas in versus colive fine collocarent, negat Iachmannus Glotta VII (1916), 52.

3) *turpis* quater ap. Pl. et bis locis pseudo-Plautinis.

4) Gell. 13, 3, 2 *sicut . . nihil quicquam interest, 'suavitudo' dicas an 'suavitas', 'sanctitudo' an 'sanctitas', 'acerbitudo' an 'acerbitas', 'acritudo' an, quod Accius in Neopt. scripsit, 'acritas', ita nihil rationis dici potest, qui 'necessitudo' et 'necessitas' separentur'.*

5) Nat. 1, 95 *ista sive beatitas sive beatitudo dicenda est.*

rhet. H.) *claritudo* Cato (*-tas* Cic.) *concinnitudo* Cic. (idem *-tas*) *crebritudo* Sisenna (*-tas* Cic. *creber* Plaut. 12ies). *desertitudo* Pac. (*desertus* pro adi . .: Cato, Ter.) *fortitudo*: secundum Slaughterum[1]) (subst. of Ter. p. 19) inde a Ter. *geminitudo* Pac. (bis) *gracilitudo* Acc. (*-tas* Varr.; *gracilis* Ter., Turp., Luc.) *habitudo* Ter., rhet. H. *ineptitudo* Caecil. *laetitudo* Acc. (bis) *largitudo* Nep. (*largus*: Pl. ter). *latitudo* Cato (bis), Sis., Varr. *lenitudo* Pac., Turp., Cic. (*-tas* Ter. (bis), rhet. H.) *lentitudo* Cic., Priap. *magnitudo* Quadr., Varr., rhet. H. (*-tas* Acc.). *mansuetudo* Cic. (*mansuetus* inde a Naev. tr. 44 *vel Plauto (As. 145 *mansuetem* vel *-tam*), Ter., Acc.) *miseritudo* Acc. (ter; *-tas* Pac.) *mollitudo* Pac. (bis; *-tia* Pl. bis, Varr.; *-ties* Ter., Varr.; *mollis, molliter*: Pl. 7ies). *necessitudo* Sempron. As., Sis., Varr. (*-tas* Pl.). *noxitudo* Acc. (*noxius* Pl. bis). *paenitudo* Pac., eccl. *perperitudo* Acc. (idem *perperus*). *pinguitudo* Cato, Varr. (*pinguis* Pl. 5ies). *plenitudo* rhet. H. (*plenus* Pl. plus 40ies). *prolixitudo* Pac. (bis) (*prolixus* Ter. Cato, Varr.). *raritudo* Varr. (*-tas* Cic.). *similitudo* Pac. Varr. (plus 80ies) (*similis* Pl. fere 50ies). *solitudo*: ad Mer. 849. *temeritudo* Pac. (*-tas*: ad Mer. 26). *teneritudo* Varr. *vicissitudo* Ter., Cic. (*-tas* Acc.)[2]).

769 *quantum ego nunc corde conspicio meo*: i. q. '*intellego*: non Plautinum. *conspicio* ap. Pl. 1) nude non ponitur (Lodge 302: plerumque additur accus., qui Men. 429 e proximis supplendus est; Ci. 622 additur *in caelum*; Tri. 636 enunt. interr. *satis in rem quae sint meam ego conspicio mihi.*

2) semper proprie ponitur praeter Tri. 636: sed etiam hic propriam vocabuli vim subesse addito dativo *mihi* demonstratur. Verum iam ap. Ennium et pro *intellego* ponitur et cum acc. c. i. iungitur (a. 95) *con-*

---

1) Iohns Hopkins Univ. Baltimore (Boston 1891).

2) Plaut. tantum 23 vocabula in *-tudo* praebet: quorum 9 (10 formae) postea usu obtinuerunt (Slaughter).

spicit inde sibi data Romulus esse priora (Thes. 497, 57).
774 *nitidiuscule*: sumptum ex 220 *nitidiusculum caput,* verissime enim coniecerunt scaenam III 1 scaenae I 2 substitutam esse; vv. 218—224 autem Plauto tribuere non dubito.
866—889: 868 °*sorbitione*: Cato agr. 157, 13. *sorbum*: ib. 7, 4. 143, 3 (bis). Varr.
870 °*medicamento*: Cato 10ies, Varr. etc. *medicamen* Cic.; at *medicina*: Pl. 6ies. °*venenis*: Enn. a. 535, Pac., Luc., Acc. etc.
873 °*servator*: Cic. °*servatrix*: Ter. Hec. 856; cf. ad Am. 67.
884 °*praerodat*: cf. 887 *praerodatis*; Hor. sat. 2, 5, 25 (*obrodo* Pl. Am. 724).
Ru. 252 °*necessarium est*: l. inde a Varr., rhet. H., Cic. — *necessarie*: Cic. inv. 1, 44 (bis). 2, 4 (O_1); *necessario*: Ter., Cato, C. Gracch., rhet. H. etc. Cf. N.-W. II 626 s.
1191 s.: dittogr. ad 1193—6[1]).
1192 *qui ex improviso filiam inveni meam*
(cf. 1196 *is improviso filiam inveni tamen*): *improviso* est, praeter Ru. 1196, As. 310, Luc. 1320, Acc. praet. 31 etc.; *de improviso* Ter. An. 360. 417. Ha. 281. Pho. 884. Ad. 407; Trab. 3; Varr. etc. *improvisus*: com. inc. 71. Varr. etc.
Sti. 48—57[2]): 51 s. *et me quidem haec condicio nunc non paenitet*

1) vv. 1193—6 'Plautinissimi' sunt:
satin sí cui homini déi esse bene factum volunt,
aliquo illud pacto optingit optatum piis?
ego hodie neque speravi neque ⟨*illud*⟩ *credidi,*
is improviso filiam inveni tamen.
Sententiae structura similis atque Poe. 627—630 (p. 34) et Sti. 641 ss. (p. 35).

2) Cf. Don. Ter. An. 1, 1, 13 (v. 40) '*haud muto factum*' 2. *vetuste : non me paenitet. Nam si quid paeniteret, infectum velle dicebant.* 8 *ergo 'h. m. f.' non me paenitet facti.* Cf. gloss. *paenitere mutare.*

neque est cur studeam has nuptias mutarier:
e contextu apparere videtur interpretandum non esse ‘ich bin mit dieser Lage nicht unzufrieden’, sed ‘mich reut diese Lage nicht’. Sed ne illa quidem significatio ‘bin unzufrieden mit’ Plautina videtur: ap. Pl. enim *paenitet me* i. est q. *es ist mir zu wenig, ich habe nicht genug; haud me paenitet* i. q. *es ist mir nicht zu wenig, ich habe vollauf genug:* Poe. 283 s. *quom ornatum aspicio nostrum ambarum, paenitet exornatae ut simus* ‘so ists mir nicht genug, wie wir ausgeputzt sind’. Ps. 305 *eho an paénitet te, quanto hic fuerit usui?* ‘ist dir der Nutzen, den er dir gebracht hat, noch zu gering?’ Ru. 578 s. *ého an te-et, ín mari quod élavi, ni híc in terra iterum eluam?* ‘ist dir das noch nicht genug?’ Sti. 551 *immo duas dabo .. una s i p a r u m s t; ét si duarum paenitebit, . . addentur duae* ‘und wenn du an zweien immer noch nicht genug hast . .’ 307 *sed spátium hoc occīdit: brevest curriculo; quam me paenitet* ‘aber die Strecke bringt mich (vor Ärger) um, so kurz ist sie zum Laufen [1]): wie viel mehr Raum wünschte ich mir (um mein Können zu zeigen)’. 713 *nímis vellem aliquid pulpamenti* .. ≡ *Si horum quae adsunt -et, nihil est* ‘wenn du an dem, was zur Stelle ist, nicht genug hast . .’ Tri. 320 *ís probus est quem -et, quám probus sit et frugi bonae* ‘der erst ist rechtschaffen, dem das erreichte Maß von Rechtschaffenheit noch unzureichend erscheint’. Tru. 431 *munus te curaturum scio, ut cuius me non paeniteat, mittatur mihi* ‘woran ich nicht zu wenig habe’. 533 *-etne te quot ancillas alam, quin examen super adducas, quae mihi comedint cibum?* ‘ist dir die Zahl Mägde, die ich zu füttern habe, noch zu gering?’ — Addito *haud* vel *nihil:* Am. 1124 s. *pol me haud -et, sí licet boni dimidium mihi dividere cum Iove* ‘ich habe vollauf genug daran’. Au. 434 *utinám mea mihi modo auferam quae ádtuli salva: me haud -et, tua*

1) de ironia haud iure cogitat Langenus.

ne expetam 'das wäre mir schon genug'. Ba. 1182 *satis, sátis iam vostrist convivi: me níl paenítet ut sim ácceptus* 'vollauf ausreichend ist mir die Aufnahme, die mir zuteil geworden ist' Ci. 47 *ecástor haud me -et, si ut dicis ita futura es* 'ich habe vollauf genug daran' Mi. 740 *nihil me paenitet iam quanto sumptui fuerim tibi* 'ich habe dir schon mehr als genug Kosten verursacht'. Quam pristinam vocabuli vim etiam ap. Ter. vigere non mirabimur: cf. Hec. 775 *quód si perficio, non páenitet me formae solám fecisse id quód aliae meretrices facere fugitant* i. e. 'satis habeo talem famam mihi comparasse; famam auctam nolo, locupletiorem non desidero'. Ha. 72 *quantum hic operis fiat, -et* i. e. 'non sufficit, parum est'. Eu. 1013 *an páenitebat flagiti, te auctore quod fecisset adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?* 'hattest du noch nicht genug an der Schandtat?' (cf. Ru. 578 s.). Conferas autem cum Hec. 775 Acc. tr. 312 s. *quod sí procedit, neque te neque quemquam arbitror | tuae paeniturum laudis, quam ut serves vide,* cum Eu. 1013 Acc. 491 *tun quod superest socium mittis leto an lucti paenitet?* († Pac. 31). Sed iam ap. Ter. etiam nova vocabuli vis deprehenditur: Pho. 172 *ita plerique omnes sumus ingenio, nostri nosmet paenitet* 'sind unzufrieden mit . .' (cf. e. g. Cic. de or. 3, 32; Att. 12, 21, 3), quam vim cum solita illa paenitendi vi ('bereuen') arte cohaerere nemo est quin videat. Monendum autem est antiquissimis temporibus tria illa pudendi, pigendi, dolendi verba, quippe quae deficientis (e posteriorum scil. usu) paenitendi ('bereuen') verbi vice fungerentur, saepius inter se, nusquam cum *paenitere* iuncta esse (Sall. Iug. 31, 10 *neque eos qui ea fecere pudet aut paenitet,* Liv. etc.). *paenitudo* ap. Pac. 313 s. videtur i. esse q. 'Mangel' (voc. postea non legitur ante eccl.: Itala, itin. Alex., Chalcid. etc.).

Structurae *haec condicio . . me non p.* tria in universa Latinitate exempla scias extare: Cor. Joh.

4, 210 *modo páenitet ista* (sc. *virtus*) et 6, 90 *paenituitque malum* (N.-W. III 652; Wasserschlebenium non inspexi); Cass. var. 10, 26, 3 (p. 314, 13 Mo.) *ut tali facto eam non paeniteret religio.*

52 *neque est cur [non] studeam has nuptias mutarier: studeo* coniungitur cum a. c. i. pass. inde a Ter. Pho. 767, And. ex. supp. 9; Acc. tr. 21. Afr. tog. 197, Cic., Caes., Sall. etc.[1]).

53 *in patris potestate est situm:* nil simile ap. Pl. legitur; at Ter. Pho. 470 *cui nunc miserae spes opesque sunt in te uno omnes sitae* Ad. 331. 455, An. 276 *haud verear, si in te solo sit situm.* Ap. Cic. 27 fere huius locutionis exempla inveniuntur: e. g. Tusc. 5, 82 *cum id sit in sapientis situm non officio solum, verum etiam potestate,* 4 ap. Sall., 1 ap. Nep., 5 ap. Tac., 3 ap. App.; postea plane delituit. — *Positus in* i. q. 'beruhend auf' legitur inde a Varr.[2]) (cf. ad Am. 489) et rhet. H. — (*pono* cum inf. ('setze den Fall') inde a Ter.; cum enunt. interr. ap. Varr. ling. 7, 2)[3]).

56 *nam propemodum iam ostendit suam sententiam: ostendo* ap. Pl. semper (21 ies) proprie ponitur praeter locutionem *sese* (vel *animum*) *ostendere* (As. 862 Tru. 439; As. 113 Cap. 242); sed iam ap. Ter. condicio plane mutata est: proprie ponitur 7 ies, transl. 21 ies:

I. cum accus.:

1) ex more Plautino He. 544, fort. etiam Eu. 307 *te ostendes qui vir sies.*

2) praeter morem Pl.: Ha. 219 *non ut meus qui*

---

1) *mutarier* vi activa dictum esse veri dissimillimum est. Iure igitur J. B. Hofmann de verbis . . deponentibus p. 20 ss. mihi hunc locum omisisse videtur.

2) ling. 10, 11; cf. 10, 61.

3) *in potestate alicuius est* 'es liegt in der Macht jemandes' inde a Varr. rust. 1, 4, 4 (cf. fg. gr. Lat. suppl. CCVI *potestatis nostrae est . . dare*) et rhet. H.; ap. Pl. proprie Mo. 134 *in fabrorum potestate dum fui.*

mihi per alium ostendit suam sententiam[1]). 634 *tot peccata in hac re — is* Pho. 826 *ni mi esset spes — ta* Eu. 605 *occasionem mihi — tam* 1033 *in me .. di potestatem suam — re* 1089 *postquam ei mores — di tuos* Ad. 24 *ei partem aperient, in agendo partem — dent.* Cf. Enn. a. 393 *cum gloria . . sese nobis -dat* et Afr. tog. 164 *-dam illus facta.*

II. cum a. c. i.: Ha. 7, 438, 933. Pho. 597. Ad. 124, 142, 364, 986. Cf. Acc. tr. 17.

III. cum enunt. interr.: An. 198, 867 Ha. 155 Pho. 793.

57 *igitur quaeramus: igitur* initio positum pro *ergo* usurpatur inde ab Afr. tog. 354 *igitur quiesce et quoniam inter nos nuptiae sunt dictae, parcas istis verbis* (*igitur quoniam:* e. g. Varr. ling. 5, 10)[2]).

Contra 'apud antiquos ponebatur pro inde et postea et tum' (Fest. 105): cf. praeter Pl.: XII tab. 1, 1; Liv. carm. fg. 17 *igitur demum*; Cato orig. fg. 28 p. 64, 4; fg. 86 p. 81, 11. — Apud Ter. *igitur* nusquam primum locum obtinet. — Utile erit pauca de indole versuum 48–57 adiungere. Scil. scripti sunt, ut Ritschelius cognovit, ut argumentum simplicius narraretur, omissis cantici et metro difficili et morum distinctione artificiosa. Panegyris viros non vituperat neque opus est eam ad sororis sententiam perduci. Soror minor autem patri resistendum non censet[3]), immo potius Panegyridi pa-

---

1) Casui tribui non potest locutionis *sententiam ostendere* O_{1-3} nullum aliud inveniri exemplum, cum et *animum ostendere* et *ostendam quid sentiam* sim. saepe extent.

2) Contra As. 252 *igitur* non i. est q. *ita quidem*, *ut* vel *ea caussa*, *ut* (Hand), sed vi mere temporali positum videtur (ut Ep. 385): coniungendi enim non sunt v. 251 et 252, sed 252 et 253. Uter autem v. genuinus sit: 250 an 252, ego diiudicare non audeo; fort. v. 252 versui 253 ab interpolatore ioci causa praemissus est.

3) 'There is no direct statement . . of the fathers plan to give his daughters in marriage again' Corn. Coulter 89; sed filias patrem ipsas abducere velle certiores factas esse,

triam potestatem ostendenti ultro assentitur. Tamen retractator exemplar Plautinum legisse vel primis verbis arguitur: monentem enim facit Panegyridem, quasi defensione opus sit, ne officii erga maritum oblita esse credatur. — 51 *et me quidem haec condicio nunc non paenitet* ~ 138 *quin vos capitis condicionem ex pessuma primariam,* 53 sq. ~ 68 sq. — 57 *igitur quaeramus, nobis quid facto usus sit:* scriptum, ut transitus fiat ad 68 *quid agimus soror, si* .. Scil. retractator repugnantiam illam studuit tollere, quam inter vv. 41—7 et 68 ss. intercedere vidit, quaeque eo molestius ferenda erat, si eadem soror minor et priorem scaenam clauserat et colloquium continuandum (68) instituebat (cf. i. p. 58 s.).
157a °*invitissimus:* superl. inde a Cic. (*invitus* ap. Pl. 34 ies; Ter. 15 ies; Enn. ter; Calp. Piso., Luc., Acc., trag. inc. singulis locis; [Enn.] tr. 117 Ri.; Varr. bis; comp. Pl. Ci. 310 *nam sola nulla invitior solet esse*).
167—170 °*auditavi* (A; *audiui* CD *aut diui* B) nusquam alibi extat[1]); cf. ad As. 33. *auditavi saepe:* inepte.
170 *utero haeret meo* (sc. *fames*): dat. non legitur ante rhet. H. (3, 18, 31) et Cic. Q. Rosc. 17 Sest. 62 Ac. 2, 122 Att. 9, 10, 3. 9, 10, 4 (postea Lucr. 3, 617, Verg. etc.). Cf. Pl. Pe. 535 *in luto* Ep. 191 *in amorem* (ad Am. 489); Ter. Ad. 171 Hec. 229 (aliter Eu. 1055 *ut haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem*); Enn. sc. 351 *in corpore* Luc. 1188 *in pectore* 161 *haéret verticulis adfixum* (scil. *os*) *in posteriore parte atque articulis;* Varr. ling. 7, 54; rust. 1, 59, 3. addito *cum:* Varr. — *adhaeresco:* Pl. Poe. 479 **ad fundas;* Cato agr. 152 *in lateribus* (dat. inde a Cic.). *adhaereo:* Pl. Sti. 236 *adhaesit homini ad infimum ventrem fames* (cuius versus exemplo

imprimis e verbis *neque est cur studeam has nuptias mutarier; verum postremo in patris potestate est situm* . . satis clare elucet.

1) Fest. 28 †*audivitavi saepe audivi;* cf. 379 *verberitare idem Cato frequentative ab eo quod est verbero dixit.*

interpolatorem usum esse apparet; monendum autem est *homini* non pendere ex *adhaesit:* 'dem Menschen ist der Hunger in .. haften geblieben')[1] (cf. 165 *uteri dolores mi oboriunt[ur]* (cf. J. B. Hofmann l. s. p. 38s.) *cot(t)idie*).

178 *attigit:* de *paupertate:* ad Mer. 20.

441—5[2]): **442** °*meat:* Naev. tr. 44; Varr. Men. 28, ling. 9, 109 (ter.); Cic. progn. fg. 1; Lucr.; auctor 'Aetnae'; Hor. etc.

443 *advorsitores:* Don. Ter. Ad. 1, 1, 2 (v. 27), 2; Pl. Mo. scaen. tit. IV 1 *adversitores* (add. D², om. C D); cf. v. 313. 876. 879. 897. 938. 947. Sti. 607: 606

non tu scis quam éfflictentur homines noctu hic in via?
= *Tanto pluris qui defendant ire advorsum iussero.* Cas. 461 al. Est autem mos ille gravissimus t. a. q.: nulla enim eius fit mentio post Ter.[3]): ergo interpolationem nullo pacto temporibus a. 100 posterioribus tribuemus (v. Thes. 851, l. 48—58).

444 =**verberabundi:* sic Bugge op. ad Madv. 183 pro — *um,* quia vis passiva verbi in — *bundus* inaudita sit; atque Sangarinus sane non, ut verberetur, adducendus, sed, ut propere se adduci patiatur, verberabundus est; cf. Baier, de Pl. f. rec. 123, Langen, Pl. St. 373, Leo N.G.G. 1902, 379. *verberabundi* nusquam alibi videtur extare.

450a: 448 . . . *sed quom cogito,*
potiús quam invidiam inveniam, est etiam hic ostium
aliud posticum nostrarum harunc aedium:
[posticam partem magis utuntur aedium]
ea íbo opsónatum, eádem[4]) *referam opsonium.*

---

1) tr. inc. 182 *axéna Ponti per freta Colchos denique delatus adhaesi: Colchos* a *delátus* pendet.

2) om. P.

3) Postea enim servi a dominis adducti in cena remanere iubebantur itaque appellabantur *a pedibus* vel *ad pedes* (v. Marquardt-Mau, Privatleben p. 148s. cum adn. 5 et 322 adn. 10).

4) asynd. ut 438 (Baier p. 37); sic P. *íbo ópsonatum atque*

v. 450a om. A. — Interpolationem noviciam esse non credo; facta est, ne mira videretur audientibus alterius ostii mentio. — *posticam partem:* Luc. 119. cf. Varr. Men. 522 *perrexit in interiores partis domuis posticae, ut ait Pl. 'penitissimae'.* fg. Non. 55, 24 s. *in -a parte.* Liv. 23, 8, 8 *hortus erat posticis aedium partibus* etc. *utor* ap. Pl. cum acc. substantivi non coniungitur: nam Poe. 1088 *operā meā* coniciendum videtur (coll. Ps. 160 Sti. 616). Ru. 1241 *diutine uti bene licet partum bene* a pronominis accus. vix differt: *id quod partum bene est* Plauto optime conveniret (As. 199 Mer. 145; Ter. Ad. 815; Cato agr. 118 (et capit. CXXVII), 157, 8; fg. p. 73, 1 Io. *siquid est .. quod utar, utor; si non est, egeo; suum cuique per me uti atque frui licet;* Luc. 471; Varr. ling. 5, 116; Nov. At. 69); accusativi substantivorum extant his locis: Cato agr. 123, 142, 143; Turp. com. 164; Tit. com. 98; Pomp. At. 169; Nov. At. 99; Sis. fg. 101; Varr. Men. 409 (at ling. 5, 87 *opera consilioque; operā* rust. 1, 8, 6)[1]), ap. Prix. I 381, 11; vi passiva: Cato agr. 104, 1 *vinum familiae per hiemem qui utatur* = capit. CXIII(?), Nov. At. 43[2]) (Ap. Pl. sic non ponitur praeter gerundivi formas).

590 sq. (om. P) °*maligne:* Catull. 10, 18, Hor., Ov., Liv. (quater) etc. cf. *malignus:* Pl. bis, Ter., Catull. (bis), Publ., Verg., Hor., Ov., Liv. (semel!). *malignitas:* Pl. Cap. 465; Liv. etc.; at *malitiose:* Pl. Cas. 394 Mi. 562. 569. 887 Poe. 1395, Cato p. 86, 1 Io., rhet. H., Cic. etc.; °*malitiosus:* Afr. com. 124; tr. inc. 59; rhet. H. etc. Sed quomodo versum 590 legemus? Atque Leo quidem aut *ét*

---

e. r. o. A, non metri causa, ut vult Baier, (nam hac de prosodia *ea ĭbo ópsonatum* | *éadem r. o.* cogitari non potest), sed evitandi et asyndeti et accentus ultimae elisione promoti *(opsónatum)* causa.

1) *multă* ling. 9, 13, ubi fort. recte ⟨*a*⟩*usi* scribitur.

2) † Acc. tr. 5; cf. Ioannes Baptista Hofmann, de verbis .. deponentibus (Monach. 1910) p. 34.

equidem simítu hau málīgne vós invitassem domum acuere vult aut *simul* conicere pro *simitu*. Hoc autem eum nemini persuasurum esse confido: ut enim hic illic *simul* traditur pro *simitu*[1]), sic nusquam *simitu* corruptum est in *simul* neque veri simile est unquam corrumpi potuisse. Sed ne illud quidem, correptam alteram vocis *maligne* syllabam, ferri posse puto: constat enim Prisciani testimonio *i* longam fuisse[2]). Ergo nil restat nisi ut statuamus interpolatorem correptione iambica neglegentius (ut Ep. 520) adhibita *ét equidem simĭtu haú maligne* acuisse[3]). —

simitu vox antiquissima terminum praebet a. q.: Pl. Men. 745 *(si me tu, si me non tu)* Mer. 118 (788?) 847 Mo. 792 Ps. 1012 Sti. 249, 391, 743 Tri. 223; [Pl.] Am. 631; Luc. 1011 *(simetu)*; Acc. tr. 79 *(simeta)*; Pomp. At. 100*. Postquam autem Luc. vocem claudendo hexametro versui aptum esse monstravit, reperitur C. E. 422, 7 *planctibus heu miserae matris patrisque simitu* (a. 120)

1) Mer. 118 (CD), Mo. 792 (P), Ps. 1012 (CD), Sti. 391 (P), Pomp. 100 (codd. Nonii 477). — Pl. Mer. 788? (*semul* P).

2) cf. Sigurd Baeckland, die lat. Bildungen auf -fex und -ficus, Upps. 1914, p. 184 sq. — Sed ne ita quidem si Leoni *i* brevem fuisse concederemus (certa enim ratio, qua *i* longam fuisse demonstretur, non extat; cf. Lindsay-Nohl 158 s.), correptio ferri posset: nullum enim correptae syllabae in *-gn* exeuntis exemplum extat; cf. Esch, de Plauti corr. syllabae secundae (Münst. 1897) (correptionem contra vim accentus effectam agnosco in syllabis exeuntibus in *-st* (Mo. 504 Men. 689 [Pl.] Tri. 831 Sti. 692 Cu. 572 Ps. 1264 Cu. 345(?) Sti. 723 Men. 827 Tri. 338 Mi. 69 Ps. 997; *-str* Cas. 132 Mi. 379 Ru. 88 Mer. 738; *-ct* Mi. 185 a Poe. 907 Mi. 290 Ps. 201 Cas. 240 Mo. 217 Sti. 568; *-pt* Poe. 1205 Ps. 1257 Rŭ. 1183. 1373 Sti. 657 Cas. 136 *voluptás mea* al.; cetera aut dubia aut corrupta aut aliam explicationem habent). — Leonem de correptione syllabae natura longae cogitasse non credo.

3) Atque veri similius est eum peccasse in vocabulo intermortuo.

atque bis forma illa haud facile explicanda in *-ur*[1]): C. E. 365 *Hilara minor Midaes 'ministra simitur' cum Mida sita est in eadem olla* (a. u. 741); 405, 1 . . *sim⟨it⟩ur;* contra 429, 3 alienum videtur. Mentio fit vocis ap. Non., Is., in gloss.

ad me (591) male diremptum esse versus fine ab antecedentibus atque v. 591 *ad me sed mihi ipsí domí meae* elumbem esse monet me Nordenus.

710 s.: *non mora erit apud me: mora* i. q. 'Verzug', ut Langenus demonstravit, Plautinum non est[2]). Obstat quidem Cap. 790 *move aps te moram atque Ergasile hanc rem,* sed hunc versum, quem eliminari posse nego, corruptum esse etiam metro docemur. Sin in emendando ludere licet, hanc coniecturam proferam *move aps te moras atque Ergásile age hanc rem* ⏑ ⏑́ — ⏑ ⏑́ — — ⏑́ ⏑ ⏑ — — (2 ba + Reiz.); cf. Cas. 618 . . *cui sic tot amanti mi obviam eveniant morae*[3]). 710 ~ 734 s. —

bibe si bibis consutum ex 715 (*age si quid agis;* sim. saepe ap. Plautum) et 716 *(quin bibis?)*[4]).

---

1) Lindseius *r* suadente vocis *itur* (ab *eo*) exemplo adiunctam censet; non video autem, cur non etiam ceteras frequentissimas verborum formas in *-tur* vel *-itur* adiutrices huius coniecturae accersamus; maioris autem momenti particulae *igitur* fuisse exemplum coniciam.

2) at Terenti: cf. Hec. 127. Ad. 171.

3) at As. 254 *quin tu abste socordiam omnem reice et segnitiem amove*; itaque si quis emendationem meliorem invenerit, meam libens abiciam.

4) *Modo* initio enuntiati collocatum ne a Plauto quidem alienum est, quamquam exemplum huic accurate respondens non extat: cf. Am. 286 *modo sis veni huc* As. 240 *modo te cum una argentum adferto, facile patiar cetera* Cap. 996 *modo si infectum fieri possiet* Ep. 668 *tace sis, modo sine me hominem apisci* Mer. 992 *modo pacem faciatis oro* Pe. 575 *modo uti sciam, quanti indicet* Ru. 951 *quíd negotíst, modo díce.* At *modo* ap. Pl. pro *dummodo* nusquam ponitur itaque Ps. 239 *síne modo ego abeam* ('ich will weggehen, laß mich doch nur = laß mich

Tri. 72a: om. A. 72 *nam si in te aegrotant artes antiquae tuae*
72a *[sin immutare vis ingenium moribus]*
73 *aut si demutant mores ingenium tuom*
74 *neque eos antiquos servas, ast captas novos,*
75 *omnibus amicis morbum tu incuties gravem* e. q. s.

Plautus haec voluit: 'Wenn deine alte Tüchtigkeit (aus sich heraus) siech geworden ist, oder wenn (von außen her) die schlimmen Sitten der Zeit (cf. Brix-Niem.) deine Anlage verändern und du nicht die guten alten Sitten wahrst, sondern nach den neumodischen haschest, so wirst du allen deinen Freunden schwere Kümmernis ins Herz gießen'. Contra retractator voluit haec[1]: (omisso v. 72) 'Wenn du aber deine Anlage durch deine Sitten verändern willst, oder wenn deine Sitten deine Anlage verändern und du nicht deine alten Sitten wahrst, sondern (dir) neue erhaschen willst, so ..' Ergo Plautus quidem morum vocabulo recte usus est, interpolator autem sententiam Plautinam non intellexit (*ast* 74 ut Mer. 246).

185 s.: cum 183 s. coniungi non possunt: postquam enim sese facta sua enarrare, non aestimare voluisse dixit
(haec sunt: si recte seu pervorse facta sunt,
ego me fecisse confiteor, Megaronides),
non sic potest pergere, ut specie quidem vituperatione, re vera laude sese esse dignum significet
(em mea malefacta, em méam avaritiam tibi;
**hascíne propter res maledicas famas ferunt).*

maledicas[2]*):* [Pl.] As. 483, rhet. H. 2, 8, 12; Lic. Mac.; Cic.; Nep. etc.

---

doch nur weggehen') in *sino, modo e. a.* mutari non potest; aliter Ter.: Ha. 981 *modo liceat vivere*, *est spes* Eu. 890. — As. 897 *sine revenias modo domum, faxo ut scias* coniungenda sunt *sine* et *modo.*

1) confiteor mihi non contigisse, ut lusum verborum retractatori debitum aptis verbis redderem.

2) *maledicax* Cu. 512; *maledicens* Mer. 410; 142 *(-iorem).*

famas: plur. Sall. hist. fg. 1, 90 (Thes. 222, 25; 206, 69 ss.); Arrunt. (cos. 22 a. C.) hist. 7 *ingentes esse famas de Regulo;* Plin. n. h. pr. 5 *quanto tu ore patris laudes tonas, quanto fratris ⟨f⟩amas;* eccl.; aliter *infamiae* Pl. Pe. 347 *nam ad paupertatem si admigrant -ae* ('Fälle von'). Locutio ut Pe. 351 *nam inimici famam non ita ut natast ferunt.*

II. De Stichi actu primo.

1) Argumenti enarratio.

Duae sorores patre auctore nupserunt fratribus duobus, qui mercaturae operam dant. Infelici autem casu pauperes facti ex divitibus viri rei restituendae causa peregre sunt profecti. Atque uxores quidem, ut decet nuptas sancto matrum familias nomine appellandas, rem familiarem sedulo curant nec non fidem interpositam servant religiose. Sed mulieribus a maritis tutoribus relictis defensores nulli, calumniatores multi exsistere solent, qui miserrimam relictarum condicionem infamia paupertati adiuncta etiam graviorem student facere. Sic factum est, ut ne Panegyridi quidem atque minori eius sorori, utpote quae verbosae Famae facilis praeda fuerint deditae, deessent fidei obtrectatores. Qui cum reputaverint secum iam triennium esse intermissum, postquam vivere ex arbitrio suavissimis sororibus licuerit (de viris enim nil compertum: ergo aut mortuos non metuendos aut vivos ipso silentio uxores sibi non iam esse cordi significare), maledica Famae verba tradenda mandant: aures eas temere adulatoribus praebuisse, castitatem scelere inexpiabili polluisse, patrem hominem tam iustum, tam probum dehonestasse. Atque ipsae quidem tam graves calumnias sibi ortas esse non compererunt: optimae enim matris emortuae exemplum secutae praeter officia muliebria nil curaverunt, quandocumque autem in publicum prodire coguntur, cum nemine colloquuntur, quia non ignorant, eas, quae hominum sermones etiam consulto captant, maledictionem statim suscitare. Sed

pater, quem miserae earum condicionis iam dudum paenitere consentaneum est, rumoribus illis maxime perterretur: amicos ex more consulit; qui suadent ei, ut filias aliis viris collocet. Quod consilium pater eo libentius arripit, quia uxore modo mortua nemo iam relinquitur, qui filias, si viros deserere nolint, confirmet ad resistendum [1]. Neque ineptum aut incautum consilium illud videri potest: si enim rumores illi veri esse reperientur, hac tantum ratione honestas [2] poterit recuperari, sin falsi, attamen operae pretium videtur experiri, num filiae passurae sint se abduci a viris. Itaque pater nuntium mittit ad filiam minorem, qui eam certiorem reddat Panegyridem se invisurum, ubi cum ipsa et sorore de condicione earum colloquatur. Quid autem velit, ipse quidem non exprimit, sed nuntius ille a filia pollicitationibus eo perducitur, ut confiteatur se comperisse patrem in animo habere eas abducere domum.

Quo nuntio perterrita soror minor statim Panegyridem invisit proponitque ei, ut ante aedes considant ibique opperiantur patrem. Illa autem, quae nihil adhuc comperit de patris consulto, admodum gaudet, quod intimos sorori dolores effundere potest: maxime enim vexatur, cum de ipsius atque sororis condicione cogitet, atque mariti tabescit desiderio. Itaque initio fabulae sorores duas videmus, cum Panegyridis domo egrediantur, atque Panegyridi auscultamus, quae sortis duritiam conqueritur. Quid mirum, quod ei castae Penelopae exemplum in mentem venit? profecto enim sentit tum demum se illius sortem vere perspicere, cum sibi et sorori similis luctus evenerit. Sane pulcherrimum fabulae initium, quod ipsa simplicitate vehementer tangit audientium animos, cum detritae illius imaginis pulchritudo sic resuscitetur, ut viduam desertam ipsius patronae celeberrimae misereat.

1) cf. Afr. 59 sq.; cf. p. 84.
2) cf. p. 66.

Iam primis autem verbis ingenium eius clare depictum videmus: amabilem sese esse atque plenam amoris ostendit, sed mollissimo animo atque totam curis urgentibus deditam. Contra soror minor responso contrarium aperit animum: breviter atque simpliciter monet aequum esse sese in officio permanere neque plus se facere quam debeant. Tum particula *sed* (v. 9) significat se non venisse, ut statum ipsarum lamentaretur: iubet eam in cathedra muliebri ante domum collocata considere atque, cur venerit, exponit: agi de re maritorum. Scilicet Panegyris, ne soror malum de illis nuntium acceperit, timet; illa autem eo potius se angi respondet, quod pater homo improbus ex probo factus ipsas a viris sese abducturum minatus sit. Iam Panegyris, quae numquam ausa esset de patre dilecto tam acriter iudicare, sororem austeram concitatione animi lacrimas effundentem comiter consolari studet: veri simile non esse patrem serio tale quicquam moliri; tamen si faciat, optimo iure facturum, neque fore, cur ei irascantur: viros enim iam tres annos abesse neque de statu suo ipsas certiores reddere.

Atque ad hunc quidem versum (33) totum sententiarum conexum lepidamque morum notationem ex exemplari Graeco fluxisse apparet; sed ne in fine quidem scaenae (34—48) Plautum Menandri vestigia premere desiisse pro certo habeo: meram enim popularis philosophiae doctrinam deprehendimus neque quicquam e sententiarum conexu solvi potest. Postquam enim Panegyris, cum viri officium deseruerint, patri, si abducturus sit, sese obsequi debere significavit, soror minor, quae iam paulo ante sororis lamentationem officio obtento cohibuerat, alteri persuadere studet officium utique praestandum esse, ut paene *διατριβὴν περὶ τοῦ καθήκοντος* percipere nobis videamur: ‘Tune confiteris paenitere te, quod illi officium non colant, tu colas? O quam stulte dictum! Quasi sapientis non sit officium ipsius officii causa praestare, sed praemia aliqua expectare! Iam si

hoc recte se habere concesseris: nonne vides nihil pertinere ad nos, utrum viri officio suo fungantur necne? Immo nostrum est, quamvis inique illi agant, ipsarum, non illorum officium respicere, siquidem sapientes mulieres esse postulamus.' Cui argumentationi Panegyris refragari non audet: sororis sese consilium pollicetur secuturam.

Iam in eo est, ut pater foribus egrediatur: servos retro versus compellat filiamque maiorem se invisurum indicat (58—67). Deinde filiae iterum colloquuntur (68—74), tum pater, qui aut in loco permansit aut non multum progressus est, quomodo cum filiis agat, secum deliberat (75—87). Notandum autem est neque filias patris neque hunc illarum verba percipere: ubi primum autem propius accessit atque intro ire constituit (87), filiae, si non ipsa verba, attamen sonitum vocis paternae audiunt (88). Tenendum igitur est filiarum collocutionem re vera non interrumpi, immo scaenae tantum praeceptis fieri, ut, quae simul evenerint, deinceps monstrentur a poeta.

Si autem colloquium v. 47 clausum v. 68 continuatur, fieri non potest, quin in repugnantia indissolubili haereamus: modo enim sorori minori contigerat, ut Panegyridi officium erga maritos utique praestandum esse persuaderet, modoque illam nil se iam contra locuturam pollicitam, ut in hac sententia permaneret, admonuerat[1]): cum eadem soror minor subito ex altera quaerit: '*Quíd agimus soror, si offirmabit pater adversum nos?*'[2]). Qua ratione autem explicari potest eandem Panegyridem, quae modo sorori adstipulata erat, iam easdem sententias, quas modo acerrima sororis vituperatione[3]) permota irritas fecerat, denuo proferre? Qui soror minor offi-

1) 46 *(nos) nostrum ófficium meminisse decet.* ≡ *Placet: taceo.* ≡ *At mémineris facito.*

2) cf. p. 85 et p. 48.

3) 37 *tace sís cave sis audíam ego istuc posthac ex te.*

cium identidem praeclare collaudatum tam celeriter dedidicit, ut ne unum quidem verbum respondere sciat? Atque Langenus quidem (Pl. St. 214s.) in vv. 68ss. non offendit: quamquam enim, quod soror minor, alioquin tam firma, subito sororem pavidiorem consulat, cum scaena priore non concinere ipse sentit, tamen eam repugnantiam sic explicare conatur, ut eam litibus futuris ut deceat filiam piam sollicitam, cum sibi rixas orituras clare ante oculos posuerit, sororem mitiorem consulere mirum non esse dicat. Sed hanc explicationem perspicuitati artis Menandreae non convenire nemo non videt. In eo enim venustas prioris scaenae posita est, quod filiae tam diversis ingeniis esse reperiuntur atque illa, quae non humilem mulierem se esse ostendit, alteram perducit ad suam sententiam: postquam autem inter eas de respondendi ratione convenit, nullus iam consultando locus relinquitur: sane in scaena altera tam similes ex dissimillimis sunt factae, ut in personarum notis distribuendis omnia fere coniecturae mandanda sint. Apparet igitur poetam Graecum, quod in scaena priore Panegyridem officium erga patrem, sororem minorem erga maritum scrupulosius servantem facit, eo consilio ingenia sororum tam lepide distinxisse[1]), ne expositio fabulae langueret. Iam vero quaeram ex te, quidnam tibi postea facere videantur: *exorare* an *adversari?* Nonne a prin-

1) similem distinctionem in Poenulo reperimus, de qua conferas Iachmannum, Charites 253 s. adn.: 'Die Verschiedenheit der Charakterisierung ist außerhalb des Rahmens der betr. Szene . . unwesentlich, sie ist nichts als ein Kunstmittel, das der Dichter anwendet, um das Gespräch, das sich hier in Betrachtungen bewegt, lebhafter zu machen. In ähnlicher Weise ist es verwendet in der Anfangsszene des Sti.: beide Schwestern sind treu, aber die eine ist fester in der Treue und erteilt der anderen Ermahnungen. In der Handlung des Stückes spielte diese Verschiedenheit weiter keine Rolle, sie dient in der ersten Szene nur dazu, die Mitteilungen der Exposition auf ungezwungene Art zu geben.'

cipio (129 *at enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus*) usque ad finem[1]) colloquii patri sat firmis verbis obloqui student? Denique respicias velim omissis vv. 68—74 ne minimum quidem desiderari (74 post 23 plane otiosus), immo altercationem alterius scaenae cum prioris consultatione optime concinere; vv. 68—74 sententiis Graecis omnino carere, robore Romano refertos esse — nonne certissimum videbitur eos in exemplari Graeco non fuisse, immo a Plauto additos esse? Addidit autem poeta barbarus versus illos ingenio ipsius prorsus non indignos, ne patres familias Romani in filiabus tam obstinate acturis ipso fabulae initio offendant. Nonne vides, ut frontes minaciter contractae mitigentur, cum filias, quae modo tam immodestae videbantur futurae, appropinquante patre non immemores sese fore patriae potestatis verbis testentur expressis? Scilicet versus inserti repugnant et cum antecedentibus et cum sequentibus: sed poeta spectatores has repugnantias non animadversuros esse confisus est: dirempti enim sunt versus illi a scaena priore servorum compellatione, ab alterius fine et salutatione et morum temptatione, atque poeta postea rem filiarum iustiorem esse quam patris tam clare videtur ostendere (99 s.), ut spectatores magis firmitatem animi admirari quam obstinationem mentis reformidare cogantur. Praeterea monendum est filias initio colloquii (88 ss.), vero patris consilio nondum aperto, suaves sane et pias sese praestare, ut verba illa, quibus per gratiam sese patrem oraturas pollicentur, ab iis, qui finem scaenae nondum cognoverunt, haud male ad priorem colloquii partem referri posse videantur.

Omissis igitur vv. 68—74 hunc fere argumenti conspectum liceat adscribere:

I. Sororum colloquium (1—47): soror minor Pane-

---

1) tam plane consentiunt, ut pater exclamet (141): *certumne est neutram vostrarum persequi imperium patris?*

gyridem certiorem facit patrem abducere velle ipsas a viris persuadetque ei fidem erga maritos utique servandam esse.

II. Antipho servos compellat, Panegyridem se invisurum indicat (58—67); filias, antequam verum abducendi eas consilium patefaciat, leniter temptare constituit, ut sciat, commiserintne probrum necne (75—87).

III. Antiphonis filiarumque colloquium (88—146):

a) salutatio (88—101): pater, qui primo asperitatem quandam affectat[1]), deinde filiarum blanditiis tam plane sese deleniri simulat, ut etiam facta earum collaudet[2]).

b) temptatio (102—126)[3]): pater filiarum ingenia temptat; illae responsis integritatem morum ostendunt.

c) altercatio (127—146): pater vero eas abducendi

1) timet enim, ne, si blanditiis aditum praebeat, nimis mollis videatur.

2) filiae tam scite respondent, ut patri bis (99 s. et 108) ad mendacium confugiendum sit. — Langenus, qui mendacii illius (v. 108) causam investigari non posse haud iure contendit (Pl. St. 216; cavendum enim patri est, ne filiis respondendi effugium relinquatur), miratur patrem familias, qui iam duas filias in matrimonio collocarit, ut matronarum de moribus doceatur, quasi discipulum magistras ipsius adire filias: at frustra miratur vir doctissimus: melius enim perspexit poeta Graecus quam philologus Germanus nulli unquam viro contigisse, ut rerum et morum mulierum peritus fieret.

3) v. 102 pater simulat, quasi gravissima secreta aperturus sit (cf. Thes. II 1190, 50. 1239, 21 ss. III 1169, 24 s., 40 ss.). — Tota temptatio venustatis Menandreae plena: filiae ab initio insidias sibi paratas subtiliter supterfugere student atque respondendo patre sese superiores esse ostendunt. Animadvertas autem velim filiarum responsa ad ipsarum condicionem spectare: velut 109 s.: nonne tu ipse optimam in qua mores mulierum probarum optime perspiceres habuisti uxorem? cur ergo ad nos venis? 113 s.: si qui rumores de nobis orti sint, hoc nostra culpa factum non est. 117 *male faciundi potestas*: scil. deserendi viros. 121 s.: viros non deseremus, quia certo scimus fore, ut paeniteat nos id fecisse. 124 sq.: cf. v. 134.

consilio aperto a filiabus firme obsistentibus inferior decedere cogitur.

IV. Filiae utraque suam domum introeunt; Pan. parasitum arcessi iubet (147—154).

2) De versibus interpolatis 79. 80. 84. 118—120. 135.

79s.: 75ss.

principium ego quo pacto illi occipiam, id ratiocinor:
utro ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
quasi numquam quicquam adeo adsimulem, an quasi quid inaudiverim
78 *eas in se meruisse culpam, an potius temptem leniter an minaciter* A

75 *principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor:*
utrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
quasi numquam quicquam in eas simulem, quasi nil inde audiverim
78 *eas in se meruisse culpam, an potius temptem leniter*[1] *an minaciter*[2] P.

Iam primo aspectu in utraque recensione textum genuinum turbatum esse cognovimus, quia *an* post *an potius* vitiosum est. Antequam autem hanc difficultatem tollere conemur, utile erit quaerere, utra lectio in verbis antecedentibus verior videatur. Omissis igitur verbis *an minaciter* Palatinorum textus bene legitur, cum Ambrosiani vel propterea depravatus esse reperiatur, quia *utrum — an — an potius* a Plauto alienum est[3]: nusquam enim coniunguntur plus duo membra, cum pristina vocis *utrum* vis nondum plane extincta sit. Quamquam negari

1) *leuiter* CD vitio usitatissimo.

2) Scilicet *cum illis* et *indaudiverim* (cf. Cap. 30 Mer. 941) scribendum.

3) Lodge 123b, 7—11; cf. i. p. 72.

non potest iam apud Naevium pronomen a particula clare distinctum esse: invenitur enim neutrum pronominis com. 53

út⟨e⟩rum est melius: virginemne an viduam uxorem ducere?[1])

At particula 115

út⟨e⟩rum scapulae plus an collus calli ⟨mi⟩ habeat nescio.

Extant autem antiquissimis temporibus praeter Plautum exempla haec: Ter. Pho. 659, Eu. 721, Ad. 382; Luc. 781; C. Gracch. fg. 9 p. 240 M.² (Prisc. I 88, 4); (*utrum — an potius:* Pl. Tri. 230). At tria membra non coniunguntur ante Quadr. (fg. 89), Varr. (e. g. Men. 127), rhet. H., Cic. Quin etiam structurae origo tam plane oblivione obruta est, ut *utrum* etiam pro *num* poneretur: e. g. Cic. Att. 12, 28, 3. In his quos attuli locis consulto omisi Afr. Min. ap. Gell. 6, 11, 9 (p. 184 M. 1842): difficillimum enim est diiudicare, utrum pronominis neutrum an agnoscenda sit particula: *omnia mala . . in duabus rebus sunt: malitia atque nequitia. Utrum defendis: malitiam an nequitiam? an utrumque simul?* Atque mihi quidem, ut interpungendo significavi, *utrum* pronominis neutrum potius quam particula videtur esse; quamquam libenter concedo facile fieri potuisse, ut ne ipsi quidem Africano, quomodo accipiendum esset, satis exploratum fuerit. Sed utcunque hac de re iudicas: Plauto structuram tripertitam refragante Palatinorum recensione inculcare non licet[2]).

Quoniam Ambrosiani lectionem genuinam non esse constat, Palatinorum, quam ad grammaticam quidem rationem vitio carere cognovimus, interpretari conemur: 'Auf welche Weise soll ich mit ihnen den Anfang machen? das überlege ich. (Was von beiden:) Soll ich

1) Sic fit, ut etiam ubi *utrum* particula est, priori membro saepius *-ne* particula adiungatur; v. Dz.-Kauer ad Ter. Ad. 382.

2) cf. i. p. 172, adn. 2.

sie durch meine Worte auf verschlungene Weise reizen, dergestalt, als hätte ich absolut keine Beschuldigung gegen sie, als hätte ich garnicht gehört, daß sie sich eines Vergehens schuldig gemacht haben, oder soll ich sie lieber in gelinder Art auf die Probe stellen?' Sed quis non sentit hic variis verbis idem bis dici? Cum autem verbis *an potius* iam contrarium afferri significetur, primum videamus, quidnam prior enuntiati pars sibi velit. Cuius interpretatio tota in verbis *perplexim lacessam* posita est. *Perplexim* autem is progreditur, qui non recta via[1]) atque aperta, sed perplexa atque occulta et per ambages potius ad calcem pervenire studet. Sic legimus ap. Pl. As. 792 *neque ullum verbum faciat perplexabile* Au. 259 s. *At scío quo vos soleatis pacto perplexarier: | páctum non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet.* Mi. 435 *quí me perperam perplexo nomine appelles* (i. e. non vero, sed ficto; 'verkehrt mit einem verdrehten (unverständlichen) Namen' Brix-N.). Cum autem is, qui perplexo sermone temptatur, quidnam alter velit, intellegere non potest, postea saepius opponuntur *aperte* similia: cf. Ter. Eu. 817 *pergín scelesta mecum perplexe loqui? . . non tu istuc mihi dictura aperte es?* Cass. Hem. fg. 10 *prudens perplexim* [*σκοτεινῶς] *scribit.* Liv. 30, 20, 2 *iam non perplexe, . . sed palam revocant;* 30, 42, 7 *cum perplexe responderent, ipsi apertum responsum tulerunt;* 25, 12, 8 (*perplexius* fere i. q. *obscurius*); 33, 34, 2; 34, 57, 6 (*quidnam perplexi,* opp. *simpliciter*); 35, 14, 12; 36, 5, 8; 36, 12, 8; 37, 54, 7; 38, 32, 9; 40, 5, 3 *ceterum cum se ne ad id quidem, quod muliebri cogitabat animo, satis per se validum crederet, singulos amicorum patris temptare*[2]) *sermonibus perplexis institit.* — Optime autem coniunguntur *perplexim* et *lacessere:*

1) Verg. Ae. 9, 391 *perplexum iter.*

2) *temptare* et *aperte loqui* opponuntur Cael. Cic. fam. 8, 12, 1; cf. Liv. 27, 15, 11.

lacessit[1]) enim is, qui, dum veram sententiam occultare studet, alterum non saeve increpat, sed acu quasi pungit, ut ille incitatus atque non iam temperans sui intima arcana prodat. Qui autem sic agit, *quasi* alterum nullius culpae insimulet, *quasi* non compererit illum probri aliquid commisisse, re vera iustam causam se habere putat, cur insimulet, quia de scelere aliquo commisso certior factus est: quoniam autem is, qui habet, quod alteri vitio vortat, siquidem aperte locuturus est, saeve atque irate agere solet, is, qui alterius culpam dissimulat, perplexim atque occulte progressurus est — i. e. *leniter*[2]). Vides igitur *leniter temptare* fere idem esse quod *perplexim lacessere:* ergo *leniter* corruptum est atque Leoni adstipulandum, qui coniectura sane ingeniosissima scripserit *saeviter* coll. Ps. 1290 *cógito saéviter blanditerne adloquar*[3]). — *Temptat* autem is, qui experiri vult, si quis quid fecerit (Am. 661 *án ille me temptat sciens* | *átque id se volt experiri suom abitum ut desiderem?* 692, Au. 462, 827 *lepide hercle animum tuum temptavi* (cf. Sti. 126), Mer. 222 *timidum temptabit te,* 721, Poe. 1224, Mi. 1336, Poe. 557, Tru. 34; aliter Au. 647 Sti. 684); apparet igitur temptationem duplici ratione fieri posse, et leni et saeva.

Quamvis autem Leonem corruptelam primum et agnovisse et emendasse concedamus, tamen totius loci ratio iam renascentium litterarum temporibus clare perspecta erat: Acidalius enim hanc emendandi ingressus est viam, ut *ac* scriberet pro *an: utrum ego perplexim lacessam . . ac potius*[4]) *temptem leniter; An minaciter?*

---

1) cf. Poe. 296; Ter. Pho. 13. 19. 1027. Eu. 16.

2) cf. Liv. 24, 20, 15 *simulata lenitas.*

3) cf. Ba. 408 *leniter qui saeviunt sapiunt magis* (cf. Liv. 21, 10, 7; 27, 9, 8; Cic. Cael. 33).

4) concedendum est Leoni atque Langeno, *potius* sic collocari non posse; at monendum est priori membro ita bene adiungi, ut ei vocabulo, quod opponitur alterius membri voca-

Atque ne his quidem temporibus inutile videtur viri doctissimi adscribere explicationem (v. Langen, Beitr. 148): 'Duos init modos, utrum leniter filias tractet an minaciter: atque in priori includit istum, num perplexabiliter et ex obliquo. Sic enim leniter eas adoriatur; at contra minaciter, si directa et aperta incusatione'.

Ergo hoc constat patrem, antequam verum consilium patefaciat (v. 86), temptatione aliquid ex filiis exquirere velle. Iam vero quaerendum est, quanam de re certior fieri velit, et cur ad hoc propositum exsequendum tam cauta temptatione opus sit. Atque temptationis finis optime intellegetur, si versus antecedentes respexerimus: *insimulare* enim plerumque de iis dicitur, quibus stuprum vel simile crimen exprobratur: cf. Am. 477, 820, 859, 888, 902, IX, Au. 288, (Mer. arg. 12), Mi. 297, 365, 392, 508, Pe. 129 [1]. Neque minoris momenti sunt verba *in se meruisse culpam,* quibuscum conferas Mer. 828 *ut illae éxiguntur, quae in se culpam commerent.* Iam cognovimus, cur pater, si quid commiserint, experiri cupiat: ita enim causa non erit, qua remanere postulent, immo 'honestatis causa' (Ussing) aliis viris sese collocari pati debebunt. Sed rumores illos incertos esse ipse pater haud ingnorat: itaque timet, ne filiae, si immeritis culpam saeve exprobraverit, suspicione falsa irritatae gravissimas sibi turbas excitent. Propterea igitur ingenia earum perplexis verbis lacessere instituit; si enim iniuria eas insimulatas esse cognoverit, perdiderit quidem causam primariam, attamen operae pretium erit conari, si obsecuturae sint [2].

Iam ad Ambrosiani lectionem redeundum est: 'Soll

---

bulo respondenti, postponatur: cf. Cic. Sest. 123 *utrum igitur haec Aesopium potius pro me aut Accium dicere oportuit, . . an principes civitatis*? cf. de or. 2, 335; Q. Rosc. 45; off. 3, 89; fin. 2, 103.

1) distat Pe. 358.

2) conferas argumenti enarrationem quam dedi p. 56.

ich sie durch meine Worte auf verschlungene Art reizen, dergestalt, als ob ich mich überhaupt garnicht verstellte, oder (so), als ob ich gehört hätte, daß sie eine Schuld auf sich geladen haben, oder soll ich sie lieber auf sanfte Weise auf die Probe stellen' (*assimulem* 77: scil. *quasi culpam in sese admiserint* (84))[1]. Ergo secundum Palatinos pater, si culpam, quam re vera eas commisisse audivit, celaverit, perplexim, non aperte acturus est; contra secundum Ambr., si nihil eis opprobrio verterit, sincere acturus est: deliberat enim: 1) utrum non assimulata aliqua culpa (quam eas non commisisse non ignorat) eas *perplexim* lacessat (i. leniter); 2) an sic, quasi, quamvis eas innocentes esse sciat, tamen assimulet se audisse eas culpam in se meruisse (i. saeviter); 3) an potius leniter eas temptet (i. culpa non assimulata). Quorum primum atque tertium idem esse apparet: ergo in Ambrosiani quidem lectione *leniter* vere contrarium indicat verborum antecedentium neque in *saeviter* mutari potest.

Quodsi *leniter* tam bene concinit cum recensione altera, quam acriter repugnat cum altera, non corruptelā[2]), ut voluit Leo, sed correctione retractatoris inculcatum est. Neque vero versus antecedentes, ut in A traduntur, casu a Palatinorum recensione differunt, sed petitae potius debentur mutationi. Neque enim Leoni adstipulor, qui *in eas simulem* propter raram verborum collocationem in *adeo adsimulem* mutatum esse dixit: immo eodem consilio et hoc factum et *an quasi quid* pro *quasi nihil* scriptum est. Lepidissime autem factum est, quod retractator antiquus in eadem re haesit, in qua philologus s. XIX et argutus et de Plauto optime meritus: Langenum dico, qui Palatinorum textum propterea reiecisse videtur, quia fieri non

1) cf. i. p. 75.

2) $\bar{\ }$*saeviter* extat Poe. 335 Ps. 1290 Tri. 1060 Tru. 896; Enn. sc. 180, 307; Acc. tr. 174; Afr. tog. 301 (O_{1-3}).

posset, ut filiae delicto alicui obnoxiae factae essent [1]). Sic enim alter ille Langenus reputavit: 'Nonne frement spectatores, ubi audiverint has filias tam pias, tam fideles in crimine esse? Apage tale convicium: ipse Plautus mihi gratias aget, si hoc vitium emendavero: pater deliberabit potius, utrum simpliciter cum eis agat, ,an culpa aliqua assimulata'. — Lapsus autem est in his tribus rebus: primum structura tota pessumdata est atque salebrosa facta ex concinna: imprimis *ad hunc modum* sic inepte praemittitur; deinde *utrum — an — an potius* Plautinum non est; tum *adeo,* ut Langenus demonstravit, prave additum est [2]); debuit *quasi numquam quicquam etiam.*

Iam quaestionem adeo promovimus, ut ad verba *an minaciter,* quae supra excluseramus, redire liceat. Si igitur Pal. rec. sequimur, hanc habemus structuram: *utrum perplexim lacessam — an potius temptem * saeviter — an minaciter.* Quam nisi ratione carere volumus, *an* pro *aut* positum esse statuendum erit, ut sit: 'an po-

---

1) Pl. St. 215 s.: 'Wir gewinnen nichts mit dem Vorschlage Ritschls . . (84) *adsimulabo quasi * nil culpae ad sese admiserint* (pro codicum *quid*), verwickeln uns vielmehr obendrein in den Widerspruch, daß wir dann annehmen müßten, in der Tat hätten die Töchter etwas verbrochen'. Sic factum est, nisi fallor, ut Langenus in v. 77 ne examinaverit quidem lectionem Pal. — Effugit autem eum necesse non esse, ut filias culpam illam re vera meruisse inde colligamus; immo ipsius patris verbis nil demonstrari nisi eum audivisse eas aliquid commisisse. *Perplexim* autem non i. est q. 'fictis insimulationibus', sed q. 'culpa earum dissimulata' (P) vel 'culpa non adsimulata' (A); cf. v. 85 *perplexabiliter earum hodie perpavefaciam pectora;* non ignorat enim pater filias, si re vera culpae sibi consciae sint, perplexis ipsius verbis (quibus eis nihil exprobretur) perterritas malam conscientiam patefacturas esse; cf. i. p. 74, p. 73 adn. 2).

2) Ter. *adeo* multo liberius usurpat quam Pl.: 'Hervorhebung der verschiedensten Wörter durch das enklitische adeo' (Langen, Beitr. 151).

tius temptem nil refert saeviter an minaciter'. Sed hoc ineptum est[1]), quia *saeviter* et *minaciter* paene synonyma sunt[2]).

Multo vero gravius est *minaciter* Plauto nullo pacto tribui posse, quamquam hoc tam simplici ratione, ut Langenus voluit, demonstrari non potest. Non propterea enim, quia *minax* et *minaciter* apud Plautum et Terentium non extant[3]), *minaciter* ante Cic. non usurpatur, retractatoris manus agnoscenda est, sed quia omnino adverbia adiectivorum in -*ax* ante Varronis, rhet. H., Ciceronis aetatem non inveniuntur[4]), quamquam adiectivorum temporibus vetustioribus (i. e. apud eos scriptores, apud quos adverbia desunt) 70 fere extant exempla. Neque hoc casui tribui potest: per universam enim Latinitatem statuendum est adiectiva in -*ax*, quoad vim pristinam servaverunt, adverbiis aut omnino aut per longum quidem tempus carere. (Velut a *fugax* semel tantum adverbium fictum est: Liv. 28, 8, 3 *sed vix rationem iniri posse, utrum a se audacius an fugacius ab hostibus geratur bellum,* artificii rhetorici causa; neque neglegendum

---

1) *an* pro *aut* secundum Madvigium duplici ponitur ratione: primum in enuntiatis pro interrogatione annexis velut Cic. fam. 13, 29, 4 *sed non plus duobus — an tribus? — mensibus*; deinde, sed minus saepe, in enuntiatis ex aperta disiunctione ortis velut Cic. Ac. II 63 *iocansne an ita sentiens*; Hor. ep. 2, 2, 199 s. *ego utrum nave ferar magna an parva, ferar unus et idem*; Sall. fg. II 28 al.

2) cf. Pac. tr. 15. Lucr. 1, 276. 5, 1003. Hor. ep. 2, 1, 148 ss, Prop. 1, 17, 6. Ov. met. 6, 688; ep. 18, 85; cf. i. p. 72.

3) quamquam ne hoc quidem levi momento aestimandum est: iure enim me monuerunt casui tribui non posse, quod vocabulum Plauto tam bene conveniens nusquam apud eum reperiatur.

4) antiquissimum igitur exemplum Stichi retractatorem nobis praebere veri simillimum est, retractatae fabulae tempus certis terminis circumscribere conatus non sum (cf. praef. p. 6).

est comparativum multo facilius quam positivum fingi). Cuius rei causa inde petenda est, quod adiectiva in *-ax* ad notandam hominum (vel verum) indolem aptissima sunt: significatur enim syllabā *-ax* cupiditas aut facultas faciendi aliquid vel amor alicuius rei. Quae vis cum temporibus antiquis integra remanserit[1]), mirum non est adverbia desiderata non esse. Itaque *minax,* ut est ap. Enn. a. 621 *machina multa minax min⟨it⟩atur*[2]) *maxima muris,* summa cum vi positum est: indicat enim machinae animum semper ad minandum intentum. Contra *minax* ap. Cic. plane i. est q. 'drohend', itaque etiam adverbium ap. eum invenitur (ter). — Neglegendum autem non est *minax* ap. Enn. addito *minitandi* verbo fultum esse, ut conicere liceat id ab eo artificii rhetorici causa ad tempus fictum esse.

Quod autem *minaciae* Mi. 374 Ru. 795 Tru. 948 extat, inde de *minax* nihil licet concludere: ut enim *audere* — *audax* — *audacia* iuxta usurpabantur, ita facile fieri potuit, ut *audacia* in mente loquentium ad *audere,* non ad *audax* referretur, propptereaque *fallacia* ad *fallere, minaciae* ad *minari* fingeretur. Sane enim conspicuum est *fallax* ante Luc., Afr., Pomp. non inveniri (nam Cato orig. fg. 32 Servii errori debetur), cum *fallacia* 29ies (et As. 252) ap. Pl., 15ies ap. Ter. extet. Denique monendum est adiectivorum in *-ax* haud pauca temporibus aetate Plautina posterioribus ficta esse, nonnulla tantum ad augendam vim comicam a Plauto aut

---

1) excepto *audax*; monendum est *audaciter* (pro *audacter*) non inveniri ante rhet. H. 4, 20, 28 *audáciter térritas, humiliter placas.* - Sed de forma hoc loco disputare nolo: hoc tantum dicam mihi quidem admodum dubium videri, *audacter* per syncopam sitne ortum. (An syncopam prima syllaba natura longa effectam esse putas? cf. fē-līcter.)

2) ad corrupt. cf. e. g. Cic. de or. 3, 218 v. 3; Quint. 3, 8, 19; 20; Val. M. 5, 6, 7; Sen. nat. 2, 49, 2.

excogitata aut arcessita esse[1]). — Sed missum faciamus adiectivum[2]) (ego autem, si *minax* in versu suspecto traditum esset, inde certum interpolationis argumentum petere non auderem): satis est adverbium Plauto vindicari non posse.

At nonne Tri. 819 scribitur *tu istuc age.* ≡ *Actum reddam nugacissume?* Scribitur quidem in editionibus inde ab Hermanno, sed coniectura illius, non codicum fide: traditur enim *nugacesunt* (*-cessunt* CD) *nisi charmides* (cuius verbis 820ss. actus quartus instituitur). *Nugax* autem ante Petr. 52 *quia nugax es* non invenitur, postea extat in It. *(nugaces)* et saepius ap. eccl. Sed vox indeclinabilis *nugas* legitur ap. Varr. Men. 513 et Cael. Cic. fam. 8, 15, 1 in cod. Med. Quam vocem ex accusativo *nugas* (cf. e. g. Pl. Cap. 613; *nugae* de muliere Cu. 192 Poe. 348), non e nominativo *nugax* (pronuntiatione vulgari) ortam esse censeo. Sed iterum missum faciamus adiectivum: constat adverbium neque ap. Pl. neque usquam alibi extare. Ergo emendatio verior excogitanda est. Qua in re plurimum debetur Eduardo Brandt, qui me docuit in *nugacesunt* latere *nugae sunt*[3]). Unde profectus conieci

tu istúc age. ≡ *⟨Nísi⟩ actum reddam, nuga[c]e sunt [nisi] ⟨merae⟩*

coll. Tru. 232 *nugae sunt, nisi, modo quom dederit, dare iam lubeat denuo*[4]). Ad corruptelae genus[5]) cf. e. g. Ps. 372. 873. 856 Am. 692 Tri. 1188[6]).

1) cf. Pe. 410 *procax rapax trahax*
421 *edax furax fugax*
in vv. consulto male incisis.

2) gravior haec quaestio est, quam ut tam paucis verbis ad finem perduci possit. Itaque peto a viris doctis, ut expectent, dum mihi facultas data sit fusius pertractandi hanc rem, cuius materiam iam dudum congessi.

3) Scripserunt olim *nugas* (vel *-x*) *sum nisi.*

4) an versum post *nisi* excidisse statuere mavis?

5) *nisi* omissum in mg. adscriptum erat.

6) Tri. 1120 *módo me Stasimus Lesbonici servos convenit*

Quamvis autem hanc coniecturam incertam esse non ignorem, tamen hoc constat Plauto e loco corrupto illius generis adverbium inculcare non licere. Ergo verba *an minaciter* Plauti non sunt, quae si eicienda esse statuerimus, totum v. 79 condemnandum esse Leoni concedemus. Facillime autem intellegitur, quomodo factum sit, ut retractatori verba illa in mentem venirent: postquam enim *saeviter* in *leniter* antecedentium causa mutavit, fieri non potuit, quin synonymum aliquid deleti *saeviter*[1]) insereret, ut transitus fieret ad verba sequentia. Deliberantem igitur facit patrem, 1) utrum perplexim lacessat, 2) an saeve assimulet quasi culpam meruerint, 3) an potius leniter temptet, 4) an minaciter. Sane centonem detestandum! Vides enim et sententiam (nam primum i. est q. tertium, secundum q. quartum) et formam (nam *an* post *an potius* vitiosum est, praesertim cum verbum omissum sit[2]), sic pessumdatam esse.

Hoc igitur a Leone recte cognitum est v. 79 ab interpolatoris manu profectum esse: sed effugit virum doctissimum v. 79 et 80 tam arte cohaerere, ut etiam 80 eidem retractatori tribuendus sit. Equidem non video, quomodo v. 80 cum textu Plautino coniungi possit. Distinguendum enim aut *an potius temptem * saeviter, si*[3]) *manere hic sese malint, potius quam alio nubere:* 'oder soll ich sie lieber auf wütende Art auf die Probe stellen, falls sie sollten lieber hier bleiben wollen als sich anderswohin verheiraten' ('an potius minitetur adversantibus' Leo). Quid? Nonne uti-

---

⟨*domi*⟩(?) similem explicationem habet; *modo* et *domo* sim. confunduntur Men. 803 Mi. 376 Mo. 432 Poe. 216 Ps. 729 Sti. 66 Tru. 453.

1) cf. s. p. 69.

2) *utrum — an — an — an* inde a rhet. H.; cf. s. p. 62 s.

3) *si* interrogativum i. q. *ob*, ut demonstraverunt Bekkerus atque Lindskogius, Plautinum non est; neque *temptare si* extat ante Caes. et Sall.

que eas temptare vult? an ea tantum condicione, ut consilio abducendi adversaturae sint? Atque hoc consilium num ante, non post temptationem factam elocuturus est? Iam quaero: utrum pendet temptatio e consilio abducendi an potius consilium e temptatione? Animadvertas autem velim quomodo res geratur: filiae ultro significant[1]) patrem, si quid contra viros acturus sit, nil profecturum (v. 97 s.); tamen ille temptationem sic, ut sibi proposuerat, instituit. Denique temptatio ad mores spectat[2]), non ad filiarum sive abeundi sive manendi consilia; — aut

. . . *an potius temptem *saeviter. Si manere hic sese malint potius quam alio nubere, non faciam:* '. . . oder soll ich sie lieber auf wütende Art auf die Probe stellen. Falls sie sollten lieber hier bleiben wollen . ., so werde ich es nicht tun'. Videsne eadem argumenta quae contra priorem distinctionem etiam contra hanc afferri posse, immo multo ineptiorem esse hanc quam illam? — Contra si versus 79 et 80 coniungimus, optima evadit ratio: *scio litis fore (ego meas novi optume)*[3]), *si manere hic sese malint potius quam alio nubere:* 'Ich weiß, es wird Streit geben (ich kenne meine Mädels sehr gründlich), falls sie sollten lieber hier bleiben wollen als sich anderswohin verheiraten'. Quis autem non viderit v. 80 ad exemplum v. 142[4]) . . *quo dedisti nuptum, abire nolumus* fictum esse? Similiter v. 79 quasi e pannis consutus est: *scio litis fore* ∼ 83 *nolo turbas,*

1) scitissime v. 96 ss. deflectunt in id, quod maxime sibi curae est atque contra oppugnationem imminentem caute praemuniri student; cf. p. 61, adn. 2.

2) eius ratio ea est, ut pater filias, siquidem honeste vixerint, de matronarum moribus etiam honeste responsuras esse censeat: alioquin culpae conscientia prohibitum iri (cf. s. p. 68 adn. 1).

3) sic Lindseius distinxit.

4) cf. Au. 489.

81 s. *cum meis gerere bellum.* — *ego meas novi optume* ∼ 74 *novi ego nostros* (cf. v. 23).

84 spurius:

81 *non faciam. quid mi ópust decurso aetatis spatio cum⟨m⟩eis*[1]
gerere bellum, quom nil, quam ob rem id faciam, meruisse arbitror?
minime, nolo turbas; séd hoc mihi optumum factu arbitror:
84 *[sic faciam: adsimulabo, quasi *quam*[2] *culpam in sese admiserint.]*
perplexabilitér earum hodie perpavefaciam pectora;
post id [agam] igitur deinde, ut animus meus erit, faciam palam.

84: 'versus molestissimus est, quia nulla ratione fieri potest, ut, postquam modo "hoc mihi optumum factu arbitror" dictum est, iterum sequatur "sic faciam" (Ritschl)'. Scilicet v. 84 iuxta 85 ferri non potest: si enim pater adsimulat, *quasi *quam culpam in sese admiserint,* non perplexim progreditur, sed saeviter vel minaciter. Cum recensione Palatina autem coniungi non potest, quia ex illa quidem pater filias re vera culpam meruisse audivit deliberatque, utrum culpa dissimulata (i. leniter vel perplexim) an non dissimulata (i. saeviter) eas adgrediatur. Atque suo iure Langenus (Pl. St. 215) dixit id, quod pater sibi proposuerit hoc versu (84), postea missum factum esse; contra 85 cum scaenae contextu optime concinit: tota enim temptatio nihil aliud est quam id ipsum *perplexabiliter perpavefacere* (cf. s. p. 68 adn. 1, 73 adn. 2). Ergo 83 et 85 Plauto, 84 retractatori tribuendi sunt.

84 *sic faciam* ∼ 81 *non faciam.* — *adsimulabo* ∼

---

1) Lomani emendatio facillima (fuit CṼMEIS; Linds. intr. 90) et sententia et rhythmo flagitatur.

2) sic Ritsch.; *quom* A *aliquam* P.

77 (A) *quasi numquam quicquam adeo adsimulem.* Eundem autem et v. 77 mutasse et 84 inseruisse inde cognoscitur, quod 77 per se intellegi non potest (cf. s. p. 67). — 84 *culpam in sese admiserint* ~ 78 *eas in se meruisse culpam.* — Sed is, qui v. 84 inseruit, non tantum 83 et 85, sed etiam 81 sq. omissos voluit[1]); has duas igitur recensiones interpretatione eruimus:

75 *principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor:*

76 *utrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum,*

	Plauti	retractatoris
77	*quasi numquam quicquam in eas simulem, quasi nihil indaudiverim*	*quasi numquam quicquam adeo adsimulem, an quasi quid indaudiverim*
78	*eas in se meruisse culpam, an potius temptem *saeviter?*	*eas in se meruisse culpam, an potius temptem leniter*
79		*an minaciter? scio litis fore (ego meas novi optume),*
80		*si manere hic sese malint potius quam alio nubere.*
81	*non faciam, quid mi ópust decurso aetatis spatio cum meis*	
82	*gerere bellum, quom nil, quam ob rem id faciam, meruisse arbitror?*	
83	*minime, nolo turbas; sed hoc mihi optumum factu arbitror:*	
84		*sic faciam: adsimulabo, quasi *quam culpam in sese admiserint.*

1) cf. Leo, NGG. 1902, 380.

perplexabilitér earum hodie perpavefaciam pectora.

Apparet autem retractatorem in vv. 81 ss. offendisse, quia postea, quamvis patrem turbas evitare velle audiamus, rixae haud parvae orturae sint. Negari autem non potest hic repugnantiam quandam deprehendi, quam tamen fort. sic tollere licet: pater tantum temptandi rationem spectat, atque ex temptatione quidem, ut voluit, ne minima quidem dissensio evadit: immo gaudet filias tam innocentes et probas mansisse. Deliberat igitur tantum de principio (v. 75), non de ratione simplicissima, qua postea (v. 86) (i. postquam temptatione praemissa filiarum honestatem expertus erit) verum consilium patefacturus est. Praeterea monendum est filias postea verbis satis firmis quidem, sed non ita impiis uti: immo ipsam contumaciam sic iustificare student, ut patris imperium olim datum sese persequi debere dicant [1]). Verum si temere eas culpae gravissimae accusavisset — quas rixas eas patri excitaturas fuisse putas! — Contra retractator, quem totius fabulae argumentum perdidisse cognovimus, temptationis atque veri consilii rationem male confudit. Sane ineptum est patrem filias minaciter sese temptaturum pronuntiare, cum postea lepide sese earum ingenia temptasse glorietur (v. 126). Veri simile autem est eum minacem illam temptationem in vv. 88—95 inesse censuisse, ad quos v. 84 relatum voluerit.

118—120 [2]**):** retractatoris. v. 118 sic scribendum puto:

haú male istuc. áge tu | ált[e]ra: utra sít condicio pensior.

Monosyllaba admisso hiatu in thesi pro brevibus usurpari posse demonstravit Luchsius Stud. stud. I 18. *altra:*

---

1) v. 142; cf. 96—8.

2) 'spielen ein pikantes Frag- und Antwortspiel fort' Leo, NGG. 1902, 378.

cf. Pe. 226 Tru. 48 Ba. 1128. *pensior:* 'schätzbarer'. In universa Latinitate nullum huius significationis exemplum habes praeter Gell. 12, 5, 7 [1]) *ut nihil quic-*

---

1) distat enim Atei. Cap. ap. Gell. 13, 12, 2 *ut divo Augusto iam principe et rem p. obtinente ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod iussum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset.* Thielmannus (Arch. II 387) *pensum* concinnitatis causa pro solito *pensi* dictum esse censet. Mihi autem Ateius lapsus videtur in imitandis scriptoribus antiquis et forma et notione. Sic enim interpretandum: 'er hielt nichts für gültig und sanktioniert, als was . .' At Sall. Iug. 41, 9 *nihil pensi neque sancti habere* non est 'er erachtete nichts für wert und heilig', sed 'er hatte nichts von Wohlabgewogenem, Überlegtem'; 'er kannte keine Bedenken noch Scheu'; cf. Sall. Cat. 12, 2 *nihil pensi neque moderati habere*, Luc. 765 *nil párvi ac pensi, uti litteras doceas lutum* (*parvi*: quod non modum excesserit; *pensi*: considerati). Sed adiectivum aliquod *pensus* i. q. *consideratus* mihi numquam extitisse, immo potius locutio illa unico ex loco Plautino male intellecto fluxisse videtur: Tru. 765 *fio impudens nec mi adeost tantillum pensi iam, quos capiam calceos*: 'und es ist mir nicht ein einziges Stückchen von Gewogenem = ich wäge es für nichts' = nihili pendo: 'ich frage kein Tittelchen darnach'. Sed posteriores meram periphrasin subesse non cognoverunt, immo adiectivum *pensus* i. q. 'wohlerwogen, überlegt, bedacht' inde sese expiscari posse putaverunt. Eo autem Plauti imitatores arguuntur, quod adiectivum illud non nisi in enuntiatis negantibus atque nullo praeter genet. casu usurpare audent: extant enim haec tria locutionis genera (Thielmann):

1. *nihil pensi est alicui*: Sall. Cat. 52, 34. Liv. 43, 7, 11; 26, 15, 4; 34, 31, 3 *in me quoque vobis quid faceretis minus pensi* (einigermaßen gleichgültig, kein Gegenstand des Skrupels) *esse non mirarer*; 34, 49, 7 *(quicquam)*; 42, 23, 3. — Lucil. 765?

2. *nihil pensi habere*: Sall. Iug. 41, 9; Cat. 12, 2.

3. *neque quicquam pensi habere*: Sall. Cat. 23, 2; 5, 6.

Facile autem fieri potuit, ut aliquis *pensi* pro gen. pretii acciperet: velut Sall. Cat. 23, 2 *prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat* = weder im Reden noch im Handeln hielt er etwas für einen Gegenstand der Scheu: cf. Val. M.

quam esset carius pensiusque nobis quam nosmet ipsi. Contrarium fort. habes Pl. Ba. 393

nám pol quidem meo animo ingrato homine nihil impensiust;
*malefactorem amitti satius quam relinqui *beneficum;*
nimio impendiosum praestat te quam ingratum dicier:
illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali.
*qua me causa magis *cum cura esse *aecum, obvigilatost opus.*

'Denn wahrlich, nichts Minderwertigeres gibt es für mich als einen undankbaren Menschen; es ist besser, einen Übeltäter laufen, als den Wohltäter im Stich zu lassen[2]); laß dich lieber zu aufwandssüchtig nennen, als undankbar: jenen[3]) werden sogar die braven Leute noch belohnen, den Undankbaren werden die Taugenichtse selber der Schuld zeihen. Deshalb ist es noch mehr nötig, mit Sorgfalt aufzupassen, daß ich rechtschaffen bin.'

119 s.: *virginemne an viduam habere?* ⁼ *Quanta mea sapientiast,*

2, 9, 3 *nec pensi duxerat isdem imaginibus ascribi meretricis oculos . . et regis . . manus*; Sen. Phoe. 298 *pensi nihil ducunt*; Tac. ann. 13, 15 *neque fas neque fidem pensi haberet*; hist. 1, 46; dial. 29. Ap. Symm. *pensi habere* i. est. q. 'für wert halten': ep. 1, 15, 3 *prae tui amore nihil habeo pensi*; 1, 73 *quem pensi habeas*; 1, 75; 3, 17 (videtur igitur *pensus* i. q. *carus* cum locutione explicanda confudisse); 9, 34*. Praeterea haec extant exempla: Quint. 11, 1, 29; Suet. Dom. 12 *nihil pensi habuit, quin praedaretur omni modo*; Nero 34; Sen. ben. 1, 9, 5; Sulp. Sev. chron. 2, 50, 2 *nihil pensi nihil sancti*; Rufin. apol. Orig. (?) *quam nihil his sancti, nihil pensi sit*; Greg. Tur. hist. Fr. 4, 12 p. 149, 26 *in Cantino . . nihil sancti, nihil pensi fuit.* — Gloss.: *nihil pensi*: *nihil diiudicati, censi.*

1) 'fort. *levius*': Weisius in indice.

2) cf. Au. 109 Ba. 370 Cu. 214 Men. 758 Mo. 202 Sti. 331. 670 Tru. 418.

3) der, um seiner Dankespflicht nachzukommen, selbst den Vorwurf zu großen Aufwandes nicht scheut.

ex malis multis malum quod minimumst, id minimest[1]) *malum.*

120 *multis:* adnominationis causa inepte additum. — vv. 118—120 contextum perturbant: quidnam patris mulierum mores cognoscere cupientis filiarumque ingenia temptantis interest scire, utrum melius sit virginemne an viduam uxorem ducere? At pone patrem tale quicquam exquisisse: num eum filiae responso ambiguo, quo nil efficitur, quam ut spectatorum aures impleantur argutiis figurarum et sonitus verborum, artificiosis illis quidem (sunt autem persimillimae earum, quibus Terentii prologi abundant[2]), sed hic plane otiosis, contentum futurum fuisse censes? Quis vero non miretur ex ore sororum, quae modo tam praeclare atque honeste de mulierum bonarum officiis dixerunt, tale dictum mulierum contemptori conveniens evadere? Denique ioci non modo male coniuncti, sed etiam detriti videntur atque ex aliis fabulis arcessiti: cf. Naev. com. 53 s.

út⟨e⟩rum est melius: virginemne an viduam uxorem ducere?

Ξ *Virginem, si musta est.*

(Videsne ineptissimum esse filiae responsum Sti. 119?). Cf. Tri. 392 s.

non optuma haec sunt, neque ut ego aequom censeo;
verum meliora sunt quam quae deterruma.

Aristot. eth. Nic. 2, 9, 3 τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν; Cic. off. 3, 1, 3 *ex malis eligere minima oportere;* 3, 29, 105 *minima de malis* (Otto; adde Hom. P 105 κακῶν δέ κε φέρτατον εἴη).

135 spurius:

132 *Vosne ego patiar cum mendicis nuptas me vivo viris?*

---

1) sic A; *minimum est* P.

2) neque poesis Enniana aliena videtur: cf. e. g. a. 621 (s. p. 70), cuius versus adnominatio eadem *m* littera effecta est.

≡ *Placet illé meus mihi mendicus: suos rex reginae placet.*
idem animust in paupertate, qui olim in divitiis fuit:
[≡ Vosne latrones et mendicos homines magni penditis?]
non tu me argento dedisti, opinor, nuptum, sed viro.

v. 135 iure a Leone deletus: sane 'otiosus' est post 132 neque videri potest, quanam ratione pater, postquam filia dixit: *idem animust in paupertate, qui olim in divitiis fuit* quaerat, cur mendicos magni pendant. Accedit, ut *nuptum* (136) versu 132 *(nuptas)* elicitum esse appareat neque responso alieno dirimi possit. Certissimum vero argumentum inde petendum est, quod *latrones* hic pro convicio dictum est, cum ap. Pl. i. sit q. *milites conducticii* [1]). Deprehendimus autem recentiorem vocabuli vim ap. Nig. (Serv. auct. Ae. 11, 715) et Cic.; cf. *latrocinium* tr. inc. 197; Varr. rust. 1, 16, 2; rhet. H. 4, 15, 22 etc. [2]). Scilicet *vosne* et *mendicos* e v. 132 petita sunt. — Is, qui v. 135 finxit, omissos voluit 132—4.

1) at cf. *praedones* Men. 1015.

2) iure Hueffnerus, de Pl. com. ex. Att. p. 43 monet viros mercennarios appellari non posse, quia Mercurio gratias agant (404 s.). Quam discrepantiam Seyffertus, Burs. Jb. 1895, 2 (84) p. 49 coniectura nimis artificiosa tollere conatur: putat enim fratres primum stipendia meruisse, deinde magna praeda parta mercaturae operam dedisse (Seyfferto adstipulatur Enk, Mnem. 1916, 20). — Forsitan autem quispiam Hueffnero fabulam contaminatam propterea que argumentum illud nimis incertum esse obiciat. Sed quis unquam dixit: 'Söldner und Bettler!' Contra si *latrones* vi recentiore dictum esse statuimus, nil dubii relinquitur. — Scilicet mercennarii quoque valde contemnebantur: cf. Pl. Ba. 8 (cf. Mo. 357); Capps ad Menand. Per. 241.

Appendix.

1) De versuum nonnullorum colore Graeco.

Colorem Graecum mihi sentire videor his locis[1]):

Sti. 1 ss.: cf. Ba. 21ss., Mer. 469s. Ov. ep. 1, 7 ss.

. . *non ego deserto iacuissem frigida lecto,*
non quererer tardos ire relicta dies.
Nec mihi quaerenti spatiosam fallere noctem
(Sti. 6 *sollicitae noctes et dies*)
lassaret viduas pendula tela manus.
(Sti. 2a *tam diu vidua*)
81 ss. *me pater Icarius viduo discedere lecto*
cogit et immensas increpat usque moras.
Increpet usque licet: tua sum, tua dicar oportet:
Penelope coniunx semper Ulixis ero.
Ille tamen pietate mea precibusque pudicis
frangitur et vires temperat ipse suas.

24 ss.: *Persarum montis, qui esse aurei perhibentur*: cf. Varr. Men. 36 *non demunt animis curas ac religiones Persarum montes*[2]) . . .

34 ss.[3]): cf. Aristo fg. 359 p. 82, 5 ss. Arn.[4]) — Chrys. fg. 43

---

1) nonnulla virorum dd. commentationibus debeo: velut Ov. ep. 1 nescioquis contulit.

2) cf. Au. 701. Ter. Pho. 68 *modo non montis auri pollicens*; Dz.-Hauler ad h. v.

3) cf. s. p. 57 s.; versus Plautini in universum dicti sunt itaque dubito, num locos asscriptos iure contulerim.

4) (ap. Sen. ep. 94, 11) '*Sic amico utere, sic cive, sic socio.*' *Quare?* '*quia iustum est.*' *Omnia ista mihi de iustitia locus tradit. Illic invenio aequitatem per se expetendam; nec metu nos ad illam cogi nec mercede conduci* . . .

p. 12, 28 ss.[1]); fg. 39 p. 11, 37 ss. Cleanth. fg. 578 p. 131, 2 ss.[2]).
58—61: cf. Ps. 1103 ss. 133 ss. Au. 40 ss. Ter. Eu. 668 ss.

60 s.: cf. Ba. 580 s. *comesse panem tris pedes latum potes,* | *fores pultare nescis.*

65 *nitidae .. aedes*: cf. Tit. tog. 130 *verrite* ⟨*mi*⟩ *aedis, spargite munde facite in suo quique loco út sita sint.* (Sti. 62 *iam quidem in suo quicque loco nisi erit mihi situm supellectilis*)[3]).

81 *decurso aetatis spatio*: cf. Mer. 547 Ter. Ad. 860 (Leo An. Pl. I 12) (Thes. V 232, 52 ss.); cf. Caec. 242 *qui aetatis quod relíquom est oblectem meae.*

110: *neque sol videt*: cf. Mi. 803.

113 s.: . . *ut, per urbem quom ambulent,*
omnibus os opturent, ne quis merito male dicat sibi.

cf. Plut. coni. pr. 31 *δεῖ δὲ μὴ μόνον τὸν πῆχυν, ἀλλὰ μηδὲ τὸν λόγον δημόσιον εἶναι τῆς σώφρονος, καὶ τὴν φωνήν, ὡς ἀπογύμνωσιν, αἰδεῖσθαι* (cf. e. g. Rud. 1114) *καὶ φυλάττεσθαι πρὸς τοὺς ἐκτός* . . .

124 s.: *se .. noscere*: cf. Ps. 971—3. Heracl. fg. 116 (v. Kranzii ind. s. *γιγνώσκω*). Men. Con. p. 156 M

τὸ γνῶθι σαυτὸν ἔστιν ἂν τὰ πράγματα
ἴδῃς τὰ σαυτοῦ καὶ τί σοι ποιητέον.

(v. Meinekii ind. p. 271 i. sq.) Cybern. II p. 157 (cf. inc. IX p. 233 v. 5) Eur. H. k. 861 ss.; fg. 964 N; Ter. Pho. 241 sq. (cf. Antip. fg. 63 p. 256, 9—13 Arn.; Men. androg. IV).

130 sq. ∼ [Enn.] trag. 114—19 Ribb.

133: *placet ille meus*[4]) *mihi mendicus*: *suos rex reginae placet*: v. Otto, Spr. s. *suus* (adde Aristot. eth. Nic. 4, 2 *πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὑτῶν ἔργα*; Pl. Cu. 178 ss.). — *rex reginae*: Tri. 207. *rex mendicus*: Ep. 223 Men. 76; Enn. sc. 339; Pac. tr. 375; Varr. Men. 205.

---

1) Cic. leg. 1, 48 in fine: ... *liberalitas gratuitane est an mercenaria? Si sine praemio benignus est, gratuita : si cum mercede, conducta : nec est dubium, quin is, qui liberalis benignusve dicitur, officium, non fructum sequatur.*

2) (Sen. ben. 2, 31, 2) *non enim invicem aliquid sibi reddi voluit* (qui beneficium dat); *aut non fuit beneficium, sed negotiatio.*

3) versus attuli propter similitudinem notabilem; de origine Graeca nil certi affirmare audeo.

4) 'il mio'; cf. Bach, Stud. st. II 297; Skutsch, Plautin. u. Rom. 136, 1; 118, 2; 126 (sic P; *ille mihi meus* A).

134: cf. Men. Epitr. 536
κοινωνὸς (Sti. 101 *socias*; cf. Tru. 434) *ἥκειν τοῦ βύου* ⟨*παρ᾽ ἄνδρα κ*⟩ *οὐ δεῖν τἀτύχημ᾽ αὐτὴν φυγεῖν τὸ συμβεβηκός.* —
Mis. I 11 *ἀτυχοῦντα συμπαρέμεινεν.*

2) De iuris Romani formula v. 98 expressa:
97 *quem aéquiust*[1]) *nos potiorem habere quam te? postidea, pater, víros nostros, quibus tu voluisti éss'*[2]) *nos matres familias.*
v. 98 formulae speciem prae se [fert[3]): cf. coll. 4, 2, 3 *praemittit patri, ⟨si in⟩ filia sua, quam in potestate habet, aut in ea, quae ⟨eo⟩ auctore, cum in potestate esset, viro in manum convenerit* e. q. s.; 4, 7, 1. Ter. Ad. 671; Cic. Flacc. 84; Dig. 23, 2, 35 *sine patris voluntate* (cf. 23, 2, 9). — Gravissimum est filias matrum familias nomine uti: discimus enim inde eas non liberum matrimonium[4]) iniisse, sed in manum maritorum convenisse: Cic. top. 14 *si ita Fabiae pecunia legata est a viro, si ei viro* (Sti. 98 *quibus*) *materfamilias esset; si ea in manum non convenerat, nihil debetur. Genus enim est uxor; eius duae formae: una matrumfamilias, eae sunt, quae in manum convenerunt, altera earum, quae tantummodo uxores habentur.* Itaque Fredershausenus He. 47 (1912), 237 s. contendit e iure Romano quidem patri filias abducere non licuisse: immo Plautum neglectis institutionibus Romanis exemplaris Graeci vestigia pressisse. Nam hoc constat apud Graecos patri vel invitis et filia et genero abducendi potestatem fuisse[5]). Id

---

1) duae sententiae confusae: a) 'quem aequiust nos diligere quam te?' b) 'quem aequomst nos potiorem habere quam te?'

2) apocopam ipse repudiat Skutschius Pl. u. R. p. 150, a. 2; tamen versum sic potius legam quam admisso anapaesto dirempto *ésse nŏs mátres* vel *esse* pyrrhichiaco (cf. Mueller, Pros. 299 s.); mihi optima videtur Ritschelii emendatio *quibus tú nos vóluisti ésse mátres f.*

3) cf. Leonhard, P.-W. IV 198 s.

4) liberum matrimonium iam XII tabularum temporibus non insolitum fuisse docet Gai. 1, 111.

5) Men. Epitr. 440—2, 543 s., 628—670; Demosth. 41, 4. Apud Aegyptios eadem lex valebat: Pap. Ox. II 237 col. VI, 17; sed magistratus Romani legis severitati obsecuti non sunt (e. g. col. VII 34 s.).

ipsum enim Menander sibi proposuit, ut nos moneret anteponendam esse fidem atque officium rigidis iuris stricti praeceptis. Plautum autem totius fabulae rationem ita perdidisse, ut patrem id flagitantem faceret, quod lege vetabatur, numquam credam. Neque imprimis neglegendum est in ipsius manu situm fuisse, utrum filias in manum conventas vellet necne, nam apud Graecos nil simile reperiebatur. Scilicet occasionem appellandi filias sollemni matrum familias nomine libenter arripuit, ut exprimeretur matronarum pudicitia (Sti. 102), sanctitas (Cic. Cael. 32), castitas[1]); certe spectatoribus liberum matrimonium satis dignum visum non esset. Sed ipsum Plautum patri, quamvis filiae non iam in ipsius potestate essent (nam *potestas* v. 69 iuris vocabulum non est), ius abducendi tribuisse elucet e vv. 68—74, qui ab eo inserti sunt, quique aliter ratione carerent[2]). Quamquam facere non possum, quin afferam locum admodum memorabilem, quo apud Romanos de iure illo patris disceptatum esse docemur: Sen. contr. 2, 2, 5 *praeter illam quaestionem, an pater abdicare possit propter matrimonium.* Infelici autem casu factum est, ut paucis illis locis, quibus res Romanae aguntur, de matrimonii genere nil comperiamus (Afr. tog. 52—4

o dignum facimus! adulescentis optumas
bene convenientes, ⟨béne⟩ concordes cum viris
repente víduas factas spurcitia patris!

mater autem, ut in Menandri Epitr., patris consilium flectere studet 59 s.

quam pérspicace, quam benigne, quam cito,
quam blande, quam materno visast pectore!

(Leo, G. d. r. L. 379; cf. s. p. 56), tog. 301; Cic. Clu. 181 (de matris iure); Appul. apol. 77). Quomodocumque autem haec res sese habet[3]): constat Plautum patrem suo iure agentem fecisse[4]).

Neque video, cur iure Romano caveri non potuerit, ut,

---

1) cf. Afr. 326 *tuam maiestatem et nominis matronae sanctitudinem*: Leo, G. d. r. L. 377.

2) *adversari sine dedecore et scelere summo haud possumus* (v. 72).

3) de Menaechm. et Mercat. (v. 405. 415) iudicium retineo.

4) Verba illa *viris qui tantas . . facit iniurias immerito* (v. 15) in universum dicta sunt, cf. Menandri *ἀπρεπέστατα* Epitr. 544.

si gens nova, cui nupta adscribebatur, officiis erga illam male fungeretur, patris potestas praevaleret, si non in omnibus, at in iis certe filiabus, quae auctore patre in manum convenerant. Peto autem ab iis, qui hoc contra iuris Romani indolem dictum esse censent, ut reminiscantur etiam aliud extare exemplum gravissimum, atque hoc quoque in praeceptis coniugalibus, quo patri etiam in eam filiam, quae in manum mariti convenit, summa tribuitur potestas: legem dico de adulterio datam, de qua conferas Mommsenum, Strafrecht 624 s.: permittebatur enim patri, ut et adulterum et filiam adulteram, dummodo neutri parceret, occideret. Quod eo mirabilius est, quia lege Iulia ne ipsi quidem marito sauciandi uxorem potestas relinquebatur[1]) (Paulus coll. 4, 2, 6; 4, 12, 3; 4, 10, 1), ut in hac quidem re ius Romanum a iure Graeco non differat (Aesch. *κατὰ Τιμ.* 183; Dem. 49, 85 p. 1373 s.).

3) De personarum notis distribuendis. Proficiscendum a v. 41 *tametsi es maior*: omnia enim, quae de officio erga maritos dicuntur, sorori minori tribuenda sunt, reliqua Panegyridi[2]). Cuius etiam verba *pati nos oportet* e. q. s. (68—74) esse verissima coniectura constat: primum enim eidem, quae *novi ego illum* (23) locuta erat, etiam simillima illa verba *novi ego nostros* (74) tribuenda sunt. Deinde auctor versuum 48—57, quem vv. 68—74 imitatum esse constat (Leo), procul dubio Panegyridem priorem fecit loquentem. Tum Seyffertus (Bu. Jb. 1895, 2, p. 51) litteram *a* in B ante *pati* scriptam coniectura argutissima ad Panegyridis (quippe quae prima verba locuta esset) notam rettulit (ut sit: A pati); cf. Mi. 1062 Ru. 1304 Mo. 719. 750. 549 Cas. 389 Au. 829 (Seyff.), Poe. 474. 1016 (Leo ad Au. 829); adde Ba. 44, ubi in B D scriptum est *A* (i. e. Bacchidis nota; cf. Leo ad v. 35) *ut*, in C *aut* (cf. Leo ad Tru. 690). — vv. 107 et 109 cum D² Panegyridi tribuendi, quam priorem respondisse veri simile est, v. 111 pater ad filiam minorem convertitur[3]), 115 iterum ad Pan.[4]), 121 ad sor., 123 ad Pan.

---

1) antiquissimis temporibus etiam marito uxorem occidere licuisse docet Cato ap. Gell. 10, 23.

2) de nominibus dixerunt Leo, NGG. 1902, 380 s. et Poland, Neue Jb. 1914 (XXXIII), 590.

3) sic D². 4) falso D².

Index interpolationum:

(**XII. tab.(?)**: Poe. 36 *curatores.*

Naev.: As. 25 *obstinate* (Naev. *-us*) Sti. 442 *meat*).

Cato: Am. 31 *contagione* (Enn.) 67 *delegatos* 73 *sirempse* Cas. 12 *studiose* (Cato *-us*) Mer. 29 *inertia* Mi. 802 *studiosus* (Enn.) Mo. 410 *vel — vel* (Ter.) Poe. 575 (*studere ut*) Ps. 868 *sorbitione* 870 *medicamento* Sti. 450 a *partem . . utuntur.*

Ennius: Cas. 12 *studiose* (Enn. *-us*) 15 *iuniorum* (Enn. *iuvenis*) Mer. 25 *insomnia* (Pacuv.) Mi. 802 *studiosus* (Cato) Poe. 11 *audientiam* (ipsa verba Enni? cf. rhet. Her.) Poe. 31 *obvagiant* (Enn. *vagio*, cf. Ter.) 1355 *contra me* Ps. 769 *conspicit* (i. q. *intellegit*) 870 *venenis* (cf. Pac.) Sti. 79 *minaciter* (Enn. *minax*).

Pacuvius: Am. 33. 64 (*orare a*) Ep. 17 *varie*(?) Mer. 25 *insomnia* (Enn.) 983 a *vacuom* Poe. 1400 *méliora* Ps. 870 *venenis* (cf. Enn.).

Terentius: Am. 33. 50 (*orare* cum acc. rei); 67. 78. 79 *favitores* (Ter. *fautrix*) As. 25 *obstinate* (*-us* Naev.) Au. 393 *nimirum* Ba. 976 *comptionalem* (Ter. *coemere*) Cas. 12 *studiose* (*-us* Cato Enn.) Mer. 26 (*ineptia* sing.) 849 *pertinaciam* 983 a *noxiis* (plur.) Mi. 802 *studiosus* (Cato, Enn.) Mo. 410 *vel—vel* (Cato) Poe. 31 *obvagiant* (Ter. *vagio*, cf. Enn.) 1358 *ausim* 1363 *conradi* 1403 *lites sequi* Ps. 1 *exporgi* Ps. 284 *simultatem* 873 *servator* (Ter. *servatrix*) Ru. 252 *necessarium* (Ter. *-o*) 1192 *ex improviso* (Ter. *de -o*) Sti. 51 *paenitet* 52 *studeam . . mutarier* 53 *situm* 56 *ostendit suam sententiam* 77 *adeo* (a Ter. liberius usurpatur).

Lucilius: Am. 67. 78. 79 *favitores* (cf. Ter.) 489 *in suspicione ponatur* Poe. 28 *infantis* (Acc.) Sti. 450 a *posticam partem.*

Accius: Ba. 974 (et Mi. 603) *lectos* Poe. 28 *infantis* (Luc.) 33 *canora.*

Afranius: Mer. 26 *temeritas* (rhet. H.) Sti. 57 *igitur* (Varro).

Quadrigarius: Sti. 76 ss. *utrum — an — an.*

Varro: Ba. 69 *cestu* Cas. 14 *senioribus* 15 *iuniorum* (cf. Enn.) Ep. 18 *pantherinum* (Varr. *panthera*) Mer. 29 *aviditas* Poe. 26 *varientur* 42 *inruptionem* (Varr. *irrumpere*; rhet. H.) 48 (et 632) *limites*; *confinia* 955 (et 1051) *Antidamas* Ru. 252 *necessarium* (rhet. H., cf. Ter.) Sti. 57 *igitur* (Afr.) 79 *minaciter* (Varro praebet alia adverbia in *-aciter*; rhet. H.) 135 *latrones* (Varr. *latrocinium*).

rhet. Her.: As. 483 (et Tri. 186) *maledicis* Ep. 17 *perpetue*, (?) *varie* (cf. Pac.) Mer. 26 *temeritas* (Afr.) Poe. 2 *principium capiam* (cf. p. 30 s.) 11 *audientiam* (cf. Enn.) 42 *inruptionem* (rhet. H. *irrumpere*; Varr.) Ps. 768 *turpitudinem* Ru. 252 *necessarium* (Varr.)

Sti. 79 *minaciter* (rhet. H. adverbia in *-aciter*; Varr.) 135 *latrones* (rhet. H. *latrocinium*; Varr.) 170 *utero haeret* (*haerere* cum dat.).
Cicero: Am. 13 *adnitier* (cf. Liv.) Au. 594 *incumbat* Mer. 20 (et Sti. 178) *attigit* (de elegantia et paupertate) 28 *malevolentia* Poe. 19 *dissignator* 42 *inruptionem* (cf. rhet. H., Varr.) 925 *cessatio* 1406 *diiunge inimicitias* Ps. 67 *osculatiunculae* (Cic. *osculatio*) 873 *servator* (cf. Ter.) Sti. 79 *minaciter* (cf. Varr., rhet. H.) 135 *latrones* (cf. Varr., rh. H.) 157 a *invitissimus*.
Catullus: Am. 6 *auctare* (Lucr.) Ps. 67 a *orgia* Sti. 590 *maligne*.
Lucret.: Am. 6 *auctare* (Catull.) Poe. 959 (*monstrare* cum inf.).
Horat.: Ps. 884 (et 887) *praerodat*.
Livius: Am. 13 (*adnitier* cum inf.; cf. Cic.) Mo. 288 (*est* cum dat. ger. fin.) Ps. 523 a *agedum* (scil. *dicas*).
Sen. phil.: Am. 29 *praetimet*.
Petron.: Am. 69. 74 (*ambire* aqd. i. q. *impetrare*).
Appul.: As. 570 *sacro manus sis admolitus* Mi. 603 *cautella* Ps. 523 a (*auscultare* cum inf.).
Christiani: Am. 11 s. (*concessum* cum coni. nudo) Ep. 17 *perpetue* (cf. rhet. H.) Poe. 21 *decet stent* Ps. 523 a *libenter ausculto*.

Rarae voces, formae, structurae; soloecismi sim.:

Am. 11 *concessum et datum* (cum coni.) 33. 64 (*orare a*) 38 *nunc iam* 490 *consuetio* 630 *et memor sum et diligens, ut* . . As. 24 sq. *non audeam,* . . *quin* 33 *pinsitant* (cf. Sti. 170) Au. 393 *occidor* Ba. 976 *comptionalem* Cap. 521 *obviam* (cf. Poe. 807) Ep. 17 *perpetue* 526 *depecŭlatui* Mer. 23 *praequam* (pro *praeterquam*) 26 *adeo* 27 *incogitantia* 28 *et* (276 *partis ferat*) 887 *multum benevolens* Mi. 802 *studiosus* (c. dat.) Poe. 4 (et 44) *histricus* 21 *decet* . . *stent* 31 *obvagiant* 807 *obviam* (cf. Cap. 521) 1400 *meliora* Ps. 206 *prohibet faciant* 523 a *ausculto loqui* et *libenter ausculto* Sti. 76 ss. *utrum — an — an potius — an* 450 a *partem* . . *utuntur*.

Argumenta similia:

Am. 631 ~ Per. 170.
629 ~ Tri. 1104 ss.
Cas. 12 ~ Ps. 2.
Mer. 25 ~ Caec. 168; Tri. 260 s.
Mer. 619 'ex Naevii . . fabula diasceuastam Plautinum mutuatum vel furatum esse suspicor' (Ribbeck[1]).

---

1) Merc. spicil. Lips. 1882/3 p. 5; corrupta Varronis verba

Poe. 1 ss.: Enni.
11: Enni?
15 ~ As. 5.
26 ~ Ps. 145.
30 ~ 1224.
80—2 ~ Men. 51—5.
631 s.: cf. 50 s.
956 ~ C. E. 146.
1164 cf. Enn. sc. 140 ss.
Ps. pr. ~ Mi. 81 s.
Sti. 118 s. ~ Naev. 53 s.
119 s. ~ Tri. 392 (proverbium).

Prosodiaca memorabilia[1]:

Am. 90 *Ióvĕm facere* Ep. 520 *depecŭlatui* (cf. Sti. 590) Mer. 26 *ineptiá stultitiaque* (cf. Ps. 1003) Poe. 2 *inde míhi* 21 *dormiĕrunt* 419 *perque meós amores* 1125 *hīc quidem* Ps. 873 *servatōr* 1003 *mitteré scriptam* (cf. Mer. 26) Sti. 57 *úsŭ(s) sit* (cf. 591) 590 *simĭtu* (cf. Ep. 520) 591 *scítĭ(s) vos* (cf. 57) *septenarii*: Au. 393 Poe. 1165.

Indicia pauca, quibus interpolationes nonnullae antiquissimis temporibus[2]) tribuuntur[3]) (plerumque autem diiudicari non potest, utrum interpolator antiquos imitetur an sermone aetatis suae utatur): Amphitruonis et Poenuli prologi. Am. 33. 64 (=*orare a*: Pacuv.) Am. 73 =*sirempse*: v. s. p. 19; Corp. I 200 XXVII p. 81 (a. 111); 202 I 38 s. et II 1 sq. (a. 81); 205, II, 10 s. et 40 s. (a. 71); Caes., Sen. (ep. 91, 16); exc. non inspexi. Poe. 46 =*vicissatim* (Sti. 532. Naev.) Poe. 927 *inservire* transitive (*inserviendum* . . *consilium*; accus. secundum Kuehner-St. I 270 post Pl. non invenitur; at cf. Turp. 39 *serviat cupidines* 99 similiter; quamquam monendum est etiam

---

hoc eadem est in corollaria neuius Ribbeckius sic emendavit *hoc eodem usust in Cor. Naevius* (scil. integro versu) (cf. Naev. com. 48).

1) correptione iambica parcissime utuntur retractatores; sed haec quaestio difficilior est, quam ut paucis verbis absolvi possit. Neque de hiatu disputare ausus sum.

2) i. e. s. VI exeunti vel s. VII.

3) glossas sim. omitto.

uti in gerund. formis transitive a Pl. usurpari: s. p. 50). Ps. 767 *danunt*[1]) 778 ⁼*perbitere* (Ru. 495; Livius Andr., Enn., Pac., Titin.) Poe. 1163 ⁼*praeterbitamus* (Ep. 437) 1170 ⁼*severum et serium*: Ci. 646 (cf. Hor. ars. p. v. 107; Sen. ep. 92, 10) Ps. 887 *furtificas*: praeter Pl.[2]) nusquam extat Sti. 50 *nam pol*: post Ter. non invenitur. 443 *pol*: Cic., Catull., Hor., Appul. *advorsitores*: huius moris post Ter. mentio non fit. 445 ⁼*egomet me moror*: locutio, ut videtur, Plauti propria. 590 *simitu*: v. s. p. 51 s. 710 *edepol*: post Ter. extat ap. Titin., Afran., Nov., Turp., Varr., Cic., Gell.; com. inc. 39. Tri. 185 *em.*: post Ter.: C. Gracch., Acc., Afr., Varr., Cic. fam. 13, 15, 1; Sest. 27, 59. Scaur. 7, 13; Gell., Appul. met. 4, 25. — Corp. IX 1086 XXVII (in glande Ascul.).

p. 38 adn. *patritus* O_1 ter extat: Varr. Men. 258 *avito ac patrito more* fg. Non. 161, 8 *secundum leges *avitas et* (*habitasset* codd.) *patritas*; Cic. Tusc. 1, 45 *patritam* (Non.; *patriam* ABV) *illam et avitam (ut ait Theophr.) philosophiam*. Casui haud facile tribuam his tribus locis addi *avitus* neque veri simile mihi videtur hoc vocabulum de moribus, legibus, philosophia dictum etiam cum *hospes* coniungi potuisse. Itaque neque interpolatori neque ipso Plauto hanc iuncturam inculcare audeam. Praeterea vero causa non erat, cur poeta hospitium illud etiam patritum esse voluerit neque ullum extat vestigium, quo Leonis coniectura *nam mihi tuos pater patritus hospes fuit, Demarchi filius* comprobaretur: quod enim Hanno (v. 1060) addit *Demarcho item ipse fuit adoptaticius*, propterea facit, ut clare appareat, quam peritus sit ipse condicionis Antidamae.

---

1) N.-W. III 239: Naev., Pl., Caec., Pac., C. E. 4, 4 (s. VII in. secundum Ritschelium et Henzenum).

2) Ep. 12 Pe. 226.

Vita.

Natus sum Ioannes Steinthal Charlottenburgii a. d. XVI Kal. Oct. a. 1893 patre Paulo matre Maria e gente Reinke. Patrem non minus quam matrem in vivis esse gaudeo. Maturitatis testimonium in gymnasio Bismarckiano Wilmersdorfensi Davidio Coste, cuius praematuram mortem deflevi, rectore autumno anni 1911 assecutus Almam Matrem Fridericam Guilelmam Berolinensem petivi, cuius civis Academicus primum per bis senos menses fui. Tum me Gottingam contuli, ut Georgiae Augustae civis per bis senos menses fierem. Qua in alma Musarum sede cum aliis studiis tum linguae Sanscriticae ediscendae incubui: Wackernagelii atque Oldenbergii scholarum atque exercitationum semper grato animo recordabor. A. 1913 Berolinum reversus arti philologicae operam dedi. Aestate a. 1915 eximia Dielesii, Nordeni, de Wilamowitzii erga me benevolentia factum est, ut in seminarium philologicum reciperer, cuius sodalis ordinarius per bis senos menses fui. Inde ab huius anni mense Apr. in gymnasio regio Kantiano Spandoviensi, quo Pauli Lorentz rectoris benignitate arcessitus sum, magistri vice fungor.

Docuerunt me viri doctissimi Bruhn Cassierer Diels M. Friedlaender P. Friedlaender Hirschfeld Kirchner Leo † (Gott.) Loeschcke † Meister Mutschmann Noack Norden Oldenberg Pasquali (G.) Ranke (G.) Riehl Roediger Roethe M. C. P. Schmidt Schneider Stumpf Schultz † (G.) W. Schulze Wackernagel (G.) Wendland † (G.) de Wilamowitz J. Wolf.

Exercitationibus suis de linguarum Indogermanicarum inter se comparandarum arte habitis ut interessem benigne permiserunt J. Wackernagel et W. Schulze, philosophicis Riehl, historicis Hirschfeld.

Iam restat, ut iis viris gratias agam, qui me in hoc opusculo conficiendo consilio et opera adiuverunt: Eduardo Brandt, Ioanni Baptistae Hofmann, Gunthero Iachmann Monacensibus. — In pervestigandis Thesauri schedis saepe adiuvit me Maximilianus Frey Monacensis, officialis a scriniis Thesauri, qui idem etiam per litteras quaerenti mihi haud pauca officiosa sedulitate exscripsit. — Ex omnibus autem uni Nordeno maxime obligatus sum: qui et huius opusculi auctor fuit et disserendi rationem olim me docuit et nuper ea, quae scripseram, benignissime correxit, cum vitia emendaret, redundantia cohiberet, haud pauca de suo adderet.

Examen rigorosum habitum est d. 26. m. 7. a. 1917.

Berichtigungen.

p. 83 Z. 2 v. o. lies *βίον* statt *βύον*.
p. 84 Z. 6 v. o. lies convenisse statt conventas.
Z. 22 v. o. lies *facinus* statt *facimus*.
p. 86 Z. 14 v. o. lies *meliora* statt *méliora*.
p. 88 Z. 26 v. o. lies (a. 49) statt (a. 71).
p. 89 Z. 12 v. o. lies 6086 statt 1086.
Z. 21 v. o. lies ipsi statt ipso.
Z. 25 v. o. lies comprobetur statt comprobaretur.
p. 90 Z. 2 v. o. lies Charlottenburgi statt Charlottenburgii.
Z. 3 v. u. lies M. C. P. Schmidt † statt M. C. P. Schmidt.